τοὐμὸν δὲ τίς ἄρ' ἔλαχεν
τέκος, ἔννεπε, τλημ. Κασ.

Ut nunc legitur, est dochmiacus dimeter (ultima vocis

ἔννεπε propter sequens τλ producta) sed prior dochmius formae adhuc dubiae. Vid. Seidler. de verss. dochm. p. 27.

V. 255. ὤ μοί μοι scripsi cum Herm. et Seidl. pro ἰώ μοί μοι.

V. 257. Havn. τὰν τοῦ Φοίβου παρθ.

V. 258. δῶκεν Ald. ἔδωκ' scripsit Seidler. et sic Flor. Harl. Burg. Havn. Vict.

V. 259. Harl. Burg. ἐνθέτου α. gl. μαντικῆς.

V. 260. Ald. rell. κληΐδας κἀπὸ χροός. Havn. κλειΐδας (sic) ἀπό. κλῇδας καὶ ἀπὸ Seidler. qui hos versus ita distinxit

* * ῥίπτε, τέκνον, ζαθέους * *
κλῇδας καὶ ἀπὸ χροὸς ἐνδυτῶν στεφέ-
ων ἱεροὺς στολμούς.

Primum versum sic explet: ἰώ (vel αἶ αἶ vel οἴμοι) ῥίπτε, τέκνον, ζαθέους θεοῦ. Alterum ex eo genere esse censet, quod explicavit de verss. dochm. p. 149 sqq. Ego Hermannum in notis MSS. quae tunc ad manus erant, secutus sum, in eo tamen haereo quod hexametri ultima syllaba anceps est in medio vocabulo. Itaque idem in epit. sic versus disposuit: ῥῖπτε, τέκνον, ζαθέους | κλῇδας, καὶ ἀπὸ χροὸς ἐνδυτῶν στεφέ | ων ἱεροὺς στολμούς.

V. 261. στεφάνων Havn. pro στεφέων.

V. 262. αὐτήν Harl. Burg.

V. 263. Ald. rell. τί δὲ νεοχμόν. Flor. τί δὲ τὸν νεοχμόν. Harl. sec. Burg. Havn. τί δὲ τὸ ν. Tyrwh. et Seidler. τί δ' ὅ ν. quod Musgr. in Harl. esse dicit; et sic citat Herm. elem. d. m. p. 280. Ante hunc versum Seidler. στροφὴν ε΄ deesse ratus, auctore Herm. lacunae signa posuit, quae tres versus explent. In notis MSS. Hermann. hanc stropham suspectam habet. Vid. ad v. 241.

V. 265. Ante ταύταν unum, post ταύταν duo lacunae signa posuit Seidler. Pro τῷ Brub. et Herv. 2. καί.

V. 268. Flor. Vict. Havn. τίς ὅδ' ἢ νόμος. Reliqui versuum descriptionem, quae in Aldina est, ex qua prior versus ex iambo et duobus anapaestis, alter ex

iambo et tribus anapaestis constat. Seidler. et Hermann. epit.

ἀτὰρ τίς οὐδ' ἦν νόμος, ἤ τι θέσμιον,
ὦ φίλος, Ἑλλάνων;

V. 270. ἔχειν pro ἔχει Havn.

V. 272. κακῶν in fine versus Ald. rell. πόνων Cott. Flor. Vict. Havn.

V. 271. videtur esse anapaesticus dimeter, incipiens ab iambo s, tribracho, qualis legitur etiam Helen. 687.

V. 273. est anapaesticus logaoedicus cum basi iambica. Seidler. dedit τίν' ἢ δὲ τοῦ | χαλκεομίτορος Ἕκτορος δάμαρ. Hermann. ap. Seidler. et in epit. τί δ'; ἢ δὲ τοῦ. At ubi τί δέ interrogationi praemittitur, (vid. ad Hipp. 851. Alc. 691.) non solet alterum δέ sequi. Pro χαλκεομίτορος Havn; χαλκεομήτορος.

V. 276. Ald. Herv. 1. ἁ ποιτοβάμονος. Brub. Herv. 2. Canter. Musgr. ἁ φοιτοβάμονος. Cotton. Flor. Vict. Havn. ἁ τριβάμονος. MSS. H. Steph. et Harl. ἀτριτοβάμονος, unde Canter. et Scaliger. ἁ τριτοβάμονος, quod receptum recte explicat Barnes. post Canter. Cf. Seidler. Herrmann. autem in epit. ἁ τριβάμονος scripsit, versibus ita dispositis: ἐγὼ δὲ τῷ | πρόσπολος· ἁ τριβάμονος χερὶ | δευομένα etc. — χειρί Havn.

V. 277. Vict. ἴσ. δεομένα.

V. 278. δούλην σ' ἔχειν Tzetz. ad Lycophr. 1183. Harl. Havn. In Ald. deest σ'.

V. 279. Hoc carmen in προῳδόν v. 279. 80. 81. stropham 282. 3. 4. antistropham 285. 6. 7. et ἐπῳδόν descripsit Seidler.

V. 282. ἰώ ἰώ μοι Seidl. ἰώ μοί μοι, ut in Ald. Hermann. epit. at in notis MSS. ἰὼ ἰώ μοί μοι.

V. 283. τε post δολίῳ om. Havn.

V. 285. Ald. rell. ὃς πάντα τὰ 'κεῖσ' ἐνθάδ' ἀντίπ. in quibus verbum deesse non posse, quivis videt. Itaque Seidler. scribendum suspicatur ἔθετ' pro ἐνθάδε. Herm. epit. ὃς πάντα τἀκεῖθεν | ἔθετ' ἀντίπαλ' αὖθις ἐκεῖσε διπτ. γλ. at in notis MSS. ὃς πάντα τἀκεῖθεν | θέλεμ' ἀντίπαλ' αὖθις ἔπεισε διπτ. γλ. his additis: „Θέλεμα posui, non quod verum putarem, sed ut vocabu-

lum metro et sensui aptum haberem. Hoc enim dici puto: qui omnia quae a partibus Graecorum nobis secunda erant et favere videbantur, duplici lingua ut hostilia fierent, persuasit, omnium amicam prius voluntatem inimicam reddens.“ Mihi simplicissimum videbatur ὁ pro ὅς cum Scaligero scribere; sed scire tamen velim, unde pro ὁ irrepserit ὅς, ad quod verbo suo destitutum aut cum participio iunctum vel librarii offendere debebant. Comparari potest locus Phoen. 186. ubi post ὅς similiter verbi tertia persona omissa est. Nimirum uterque locus anacoluthon habet, quod in oratione ab animo graviter commoto profecta non adeo mirum est. Itaque quum Phoen. l. c. dicere vellet ὅς δώσειν ἐπαγγέλλεται vel εὔχεται, indignatione abrepta Antigone omisso verbo finito solum infinitivum posuit; et hic ita dicere voluit ὅς πάντα τίθεται (non ἔθετο, nam actio est non absoluta, sed continuata, quae de more fit) sed eadem de causa in fine posuit τιθέμενος, quasi ὁ praecessisset. At dici non posse puto ὅς πάντα τὰ ἐκεῖσε ἐνθάδε αὖθις ἐκεῖσε τίθεται. nam cum articulo pro adverbiis quietem designantibus semper adverbia motum *e loco*, non *in locum*, significantia ponuntur. Diversa sunt ᾖσσ' ἐκεῖσε, κἀτ' ἐκεῖσε Bacch. 581. πεπλευκότα ἐκεῖσε κἀκεῖσ' Hel. 533. ubi articulus non additus. Itaque e Flor. Vict. Havn. pro τὰ 'κεῖσ' recepi τὰ 'κεῖθεν, sed τἀκεῖθεν scribendum duxi. Τἀκεῖθεν ἐνθάδε καὶ αὖθις ἐκεῖσε τιθέναι est hominis dicendi praestigiis omnia miscentis, quae improbaverat, defendere, quae defenderat, improbare callentis, quod μεταβάλλειν vel μεταστρέφειν vocat Plato. vid. Heindorf ad Gorg. §. 80.

V. 287. Ald. Brub. Herv. 1. 2. ἃ φίλα τὰ πρότερα φίλα. Canter. ἄφιλα τὰ πρότερα φίλα τεθ. et sic Vict. Flor. Havn. Quod dedi est a Seidlero; sic enim demum iustus exit dochmiacus dimeter. Similis locutio est infra v. 468. πάντων quid faciam, non magis habeo, quam superiores interpretes. An iungenda τὰ πρότερ' ἄφιλα πάντων, *quae antea omnibus displicuerant?*

V. 290. Ald. rell. ἁ τάλαιν', ἃ δυςτ. προςέπεσα κλήρῳ. In Musgraviana omissum ἅ. quod deest etiam in Havn. Seidler. ἁ ante τάλαινα delevit, revoca-

vit Herm. in epit. uno versu scribens βέβακα δύστοτμος, οἴχομαι ἁ τάλαινα - - Mihi legendum videtur οἴχομαι | τάλαινα, δυστυχεστάτῳ. Pro προσέπεσα Cott. Flor. Vict. Havn. προσέπεσον. Herm. uno versu ἃ δυστυχεστάτῳ προσέπαισα κλήρῳ.

V. 292. σόν om. Havn. et pro πότνα habet πότνια, quod ipsum editiones aliquot recentiores habere dicit Seidler. Ego non nisi in Commelin. inveni, sed operarum haud dubie errore, quum ea e Canteriana expressa sit.

V. 296. Havn. Flor. Vict. εἰς χεῖρας δῶμεν. Tum εἱλεγμένας Ald. et Codd. εἰληγμένας Heath. quod participium apud Demosth. p. 873. legitur.

V. 297. Ald. rell. αἰχμαλώτιδας λέγω. MSS. Steph. αἰχμαλώτιδας ἄγω, quod recepit Canter. inserto γ' metro accommodavit Barn. Sed Flor. Vict. Havn. αἰχμαλωτίδων ἄγω, quod recepit Musgr.

V. 289. ἵσταται pro αἴθεται Flor. Vict. Havn. cuius interpretamentum dixeris vulgatam lectionem.

V. 301. μέλλουσι Flor. Vict. Havn.

V. 301. Ald. et Codd. αὐτῶν τ' ἐκπ. Brodaeus scripsit αὑτῶν, quem secuti sunt Barnes. et Seidler. Nihil opus erat.

V. 308 sqq. Hoc quoque carmen Herm. et Seidler. in stropham v. 308—325. et antistropham v. 326—fin. descripserunt satis probabiliter.

V. 308. φέρω edd. et Codd. φέρε Schol. Arist. Av. 1717. sed ad Vesp. 1317. φέρω. φέρε scripserunt Seidler. et Herm. in notis MSS. quo facto hic versum antistrophicum sic immutat: πάλλε πόδ' αἰθέριον, ἄναγ', ἄναγε χορόν.

308. ⏑⏑⏑⏑⏑⏑– | ⏑⏑⏑–⏑–

326. ⏓⏑⏑–⏑⏑⏑ | ⏑⏑⏑⏑⏑⏑–

Post dochmiacum dimetrum collocat exclamationes ἰδού ἰδού, „et sensu et antistropha suadentibus."

V. 310. Ὑμήν om. Ald. addidit Musgr. e Flor. Sic etiam Havn. Herm. ὦ Ὑμέναι' ἄναξ, Ὑμήν.

V. 311. ex antispasto et dochmio constat. Vid. Seidler. de vers. dochm. p. 159.

V. 312. Post haec verba in Flor. Havn. haec adduntur *βασιλικοῖς λέκτροις.* quae ita recepit Herm. ut scriberet:

μακαρία δ' ἐγὼ βασιλικοῖς λέκτροις
κατ' Ἄργος ἁ γαμουμένα

et in antistropha

ἄγε σὺ, Φοῖβέ, νιν· κατὰ σὸν ἐν δάφναις
ἀνάκτορον θυηπολῶ.

Mihi ut Seidlero, illa verba e v. 262. vel 356. adscripta videntur.

V. 313. Ald. Flor. Vict. *ἁ γαμουμένα.* Havn. *ἀγομένα.* Harl. ap. Burg. *γαμημένα.* Brub. Herv. 2. Canter. *ἐγαμουμένα.* Herv. 1. *ἑ γαμουμένα*, quod vitium esse typothetarum Brubachii, nec Scaliger. nec Canterus animadvertit, primus autem correxit Aem. Portus. Tanti tamen illud fuit Reiskio, ut inde *ἐκγαμουμένα* erueret, quasi Codicis loco esset Brubachiana.

V. 314. *ὦ Ὑμέναι' ἄ.* quod coniectura assecutus erat Seidler. pro *Ὑμὴν, Ὑμέναι' ἂν* om. *ὦ.* habet Havn. Hermann. Aldinam lectionem probat.

V. 315. Ratiocinii nexum, quem desiderabat Musgr. bene declaravit Seidler. Fatendum tamen impetum delirantis puellae mirum in modum frangi.

V. 315. 16. Herm. in notis MSS. *ἐπεὶ σὺ, μᾶτερ, τί μοι | τί δάκρυσι καὶ γόοισι τὸν | θανόντα πατέρα πατρίδα τε.* Sed *ἐπὶ δάκρυσι καὶ γόοισι* vix librario debetur, *cum lacrymis et lamentis.* vid. Iphig. A. 531. 1162. *ἐπὶ κωκυτῷ* Soph. El. 108. vid. Bergler. ad Arist. Plut. 628. Ach. 835. Erfurdt. ad Soph. Ant. 755. ed. min. Versus 315. constare videtur e diiambo et dochmio.

V. 318. Ald. rell. *ἐγὼ δ' ἐπὶ γ. ἐ.* Flor. *ἐγὼ τὸ δ'.* Vict. *ἐγὼ τό δ'.* Havn. *ἐγὼ τόδ'.* Herm. in notis MSS. *ἐγὼ δέ γ' ἄδ' ἐπὶ γάμοις ἐμοῖς.*

V. 320. *ἐς* bis Flor. Vict. Havn. pro *εἰς* Ald. ut iam edidit Seidler. Vid. Hermanni elem. d. m. p. 264.

V. 321 sq. Ald. rell. *ὦ ὑμέναιέ σοι.* sine *Ὑμήν.* quod addidit Seidler. Flor. Havn. *διδοῦσ' ὦ Ὑμέναιε σύ. σύ* etiam Vict. Neque tamen v. 323. *διδοῦσ'* in illis Codd. deesse videtur. *παρθένων ἐπὶ λέκτροις* bis leguntur in

Ald. hic et 324. Secundo loco desunt in Flor. Havn. Sed priori loco (ubi Harl. Burg. παρθένῳ) vix conveniunt; quare ibi deleverunt Seidler. et Herm. Error ex eo ortus, quod bis scripserunt librarii, quae semel scribenda erant; διδοῦσ' ὦ 'Υμεν. et διδοῦσ' ὦ 'Εκ. tum παρθ. ἐπὶ λ.

V. 323. Ald. rell. διδοῦσ', ὦ 'Εκάτα φάους. φάος e MSS. Steph. dederunt Canter. Barn. Musgr. et sic Vict. Havn. δίδου δ' Seidl. διδοῦσ' Herm. in notis MSS. hac explicatione adiecta: „tibi, Hecate, tradens facem, quod mos iubet in virginum nuptiis. Ita dicit Hecaten invocans, et nuptura scilicet Orco." ὦ Εκάβα legendum suspicabatur Musgrav. et persuaserat Tyrwhitto. Recte vulgatam defendit V. D. in *Quart. rev.* V. p. 176. in censura ed. Burges *). Barnes. Prophetissa autem, inquit, Hecatam, infernam deam, post Hymenaeum nominat ob infaustas nuptias, quas vidit se iam cum Agamemnone facturam.

V. 325. Flor. ἅτε νόμος ἔχει. Havn. Vict. ἃ νόμος ἔχει, ut voluit Herm.

V. 326. εὐοῖ eiecit Seidler. Vide tamen de verss. dochm. p. 195. Havn. εὖ ἄν, εὐοῖ. Pro ἄναγε χ. Flor. Vict. Havn. ἄνεχε. Recte, puto, Hermann. locum emendavit. Vid. ad v. 308. Exclamationes εὐάν, εὐοῖ versum per se efficiunt, respondentem illis ἰδού, ἰδού.

V. 328. Ald. rell. μακαριωτάταις. et sic Hermann.

V. 329. Herm. in notis MSS. ὁ χορὸς ὅσιος, ὅσιος, ut sequentia usque ad δάφναις novum versum constituant, dochmiacum dimetrum. Flor. Havn. ἄγε σοι. νιν e coniectura Musgr. recepit Seidler. probante Herm. et sq. v. θυηπολῶ pro νῦν et θυηπόλῳ.

V. 332. Legebatur 'Υμήν, ὦ 'Υμήν, 'Υμήν. Correxit Seidler. Vulgatam servat Herrmann. in not. MSS.

---

*) Is ad verba Musgr. Atqui Hecate in sacris nuptialibus nullas partes habuit, ita respondet: *This argument would be of weight, if Cass., instead of a mad prophetess, were a sober delicate young woman, rejoicing in the prospect of a happy marriage; but the case is otherwise, and there is something strikingly terrible in the invocation of Hecate, which, if at all obscure, is sufficiently well explained by Barnes.*

V. 333. Ald. rell. χόρευε, μᾶτερ, χόρευ᾽, ἄναγε. Alterum χόρευ᾽ eiecit Seidler. et omittit Havn. servat Herm. in notis MSS. qui sqq. scribit:

ἄναγε πόδα σόν· ἕλισσε τᾷδ᾽
ἐκεῖσε μετ᾽ ἐμέθεν ποδῶν κ. τ. λ.

Mox Cotton. Flor. Havn. ἀναγέλασον pro ἄναγε πόδα σον. Ortum puto e scriptura ΑΝΑΓΕΛΑΣΟΝ (ΠΟ superscr.).

V. 334. Ald. ἕλισσε τάδ᾽ ἐκεῖσε. ad quod Victorius adscripsit ἑλ. τᾷδ᾽ ἐκ. quod Scaligero etiam in mentem venit; et sic Havn. Post ποδῶν addit Harl. πόδα σὸν, sed statim correxisse videtur, πόδα in ποδῶν mutato, et linea transversa ducta per ποδῶν et σόν. *Burg.*

V. 336. βοάσατε τὸν Ὑ. Havn. pro βοάσατ᾽ εὖ τὸν Ὑ. Recte Herm. in notis MSS. cum Seidlero βοάσατ᾽ εὖ τὸν Ὑμέναιον ὤ.

V. 339. Flor. Vict. Havn. ἴτ᾽ ἔξω κ.

V. 340. ἐμῶν γάμων Havn.

V. 343. λήψει Havn.

V. 344. αἶρε Flor. Havn. αἴρε Vict.

V. 346. πικράν γε Ald. rell. λυπράν γε Harl. ap. Burg. λυγράν γε Flor. λυγράν τε Vict. Havn. λυγράν praetuli, quia cum sq. ἔξω τε μεγάλων ἐλπ. melius convenire videbatur.

V. 348. σ᾽ post αἰχμῆς inseruit Seidler. auctore Musgravio. Herm. ὡς σ᾽ οὐχ - -

V. 351. Ald. Brub. Herv. 1. 2. οὐδέ σ᾽ αἱ τύχαι τέκνον | ἐσωφρονήκασιν - - MSS. Steph. σεσωφρονίκασιν, ut ediderunt Canter. et Barn. ἔσω φρονίκασιν (sic) Flor. A. ἐσωφρονίκασιν Vict. ἐσωφρονήκασ᾽ Harl. Burg. Havn. Heath. coni. οὐδὲ σαῖς τύχαις, τέκνον, Ἐσωφρόνηκας, quod probat Maltby ad Morell. T. II. p. 863. not. 4. Seidler. quod edidi.

V. 353. Ald. Herv. 1. εἰςφέρεται. Brub. Herv. 2. Canter. Barn. εἰςφέρετε, et sic Vict. Havn. ἐςφέρετε Flor. — δάκρυσί τ᾽ pro δάκρυά τ᾽ Vict. Havn.

V. 355. μᾶτερ Ald. rell.

V. 357. καὶ πέμπέ τε Ald. rell. καὶ πέμπε τε Harl. ap. Burg. τε omisit Barnes. et deest in Vict. Havn. Omitti etiam in Florent. dicit Musgr. sed in apogr. nihil ad lectionem Canterianae enotatum. Pro κἂν Flor. Vict. καί. Pro πρόθυμά γ' ᾖ. Hermann. in notis MSS. f. πρόθυμ' ἔχῃ.

V. 358. Pro βιαίως Flor. Vict. Havn. αἰσίας, quod quid sibi velit, non assequor. Tum οὐ γὰρ Flor. Harl. Vict. Havn. εἰ γάρ. Sed scribendum εἰ γὰρ Λοξίας, ut edidit Burg.

V, 359. δυςχερέστερον γάμον Flor. Vict. Havn.

V. 363. Ald. rell. ἄλλά τ' ἐάσω. Canter. coni. τὰ δ' ἄλλ' ἐάσω, Barnes. ἀλλὰ τάδ' ἐάσω. — ὑμνήσομαι Ald. rell. ὑμνήσομεν Cotton. Flor. Vict. Havn.

V. 364. εἶσι iam Ald. εἶσι Brub. Herv. 1. 2. Cant. τῶν ἐμῶν Harl. Burg. et v. sq. μὴ προκτόνους (sic)

V. 365. Scribe οὓς οὔ μοὶ γάμοι ut est in Ald. rell.

V. 367. πόλιν δὲ δείξω Havn. ut e coniectura reposuit Seidler.

V. 368. Ald. rell. ἢ τοὺς Ἀχαιοὺς, στήσομαι βακχευμάτων. Intermedia e Codd. suis supplevit H. Steph. in quibus erat τὸ σὸν δέ. Eadem habent Harl. ap. Burg. Vict. Havn. Ex eo, quem Victorianum voco, communicato secum a Fulvio Ursino lacunam explevit P. Victorius V. L. 36, 22. Τοσόνδε est in Vict.

V. 370. Ald. rell. καὶ μίαν πόλιν. Κύπριν pro πόλιν MSS. Steph. Flor. Vict. Havn. Coniecturam suam οἳ διὰ μίαν Κύπριν τε καὶ μίαν πόλιν ipse postea repudiavit Hermann. Ex Harleiana lectione quae eadem est quae Ald. Burges. patere dicit olim scriptum esse καὶ μίαν Κύπριν. Quod non intelligo.

V. 372. Ἑλλήνων ὕπερ Havn. quod e supra scripto Ἑλένης ortum videtur.

V. 378. E Flor. in apogr. Hamb. notatum Ἄρης] ἕλκοι sic. unde coniicias in eo cod. deesse Ἄρης, et pro eo scriptum ἕλκοι, omisso ἕλοι. ἕλκοι est etiam in Vict.

V. 379. Ald. rell. οὐ παῖδες εἶδον. Flor. παῖδας edidit Musgr. et sic etiam Vict. Havn. recte; ad miseram hominum sortem describendam aptius est dicere, eos

morientes liberorum suorum conspectu caruisse, quam liberos conspectu patrum privatos esse, quod potius ad liberorum infortunium declarandum valeret.

V. 381. κεῖται Harl. Burg.

V. 382. Lenting. p. 80. corrigit ὅ τ' i. e. *viri*. Mihi ante hunc versum alius excidisse videtur, quo uberior descriptio miserae mulierum fortunae contineretur.

V. 383. Tyrwh. ἄλλως τέκν' ἐκθρ. quod probat Herm. Vulgatam non male defendit Seidl. — πρὸς τάφοις Ald. rell. πρὸς τάφους Flor. Vict. Havn. Cf. v. 482. Lenting. p. 81. citat Hec. 186. 218. 258.

V. 384. Ald. rell. ὅςτις αὐτῶν αἷμα γῇ δ. in quo αὐτῶν iniquo loco positum est. Flor. Vict. Havn. αὐτοῖς αἷμα, in qua lectione γῇ δωρήσεται pro una voce habendum, et ad hanc referendum αὐτοῖς. αὐτοῖς praefert etiam Lenting. l. c.

V. 385. Flor. ἢ τοῦδ' ἐπ. ἔπαινον ea, quae praecesserunt, per ironiam bene dici posse ostendit Herm. apud Seidl. sed in eo haeret, quod haec ita dicta sint, ut si non demonstratio, sed aut gravis quaedam increpatio, aut acerba irrisio praecessisset; quorum quum neutrum factum sit, non solum hunc versum, sed etiam, quae nimis abrupte subiiciantur, σιγᾶν ἄμεινον τἀσχρά, maiorem, quam pro huius loci ratione, animi motum prodere videri. Itaque coni. εἰ τοῦδ' ἐπ. — ἐπάξιον, Σιγᾶν - - - Haec quidem ratiocinatio, *si hoc ita est, illud sequitur*, sedatioris mihi esse animi videtur, quam pro animi motu, quo haec loquens affecta est Cassandra: nam haec non sine animi motu, etsi leviore, quam quo agebatur supra v. 355., pronuntiari in aperto esse puto. Ex iis autem, quae a v. 367. demonstraverat, in unam summam collectis, exardescere par est indignationem, quae est in verbis ἢ τοῦδ' ἐπαίνου τὸ στράτευμ' ἐπάξιον. Sed hunc animi motum ipsa reprimit verbis σιγᾶν ἄμεινον τἀσχρά. quae abrupte dici non mirum, quum affectus nondum omnis sedatus sit.

V. 386. De scriptura τἀσχρά vid. Seidleri Exc. τὰ'σχρά (sic) Havn. τἄσχρά Ald. rell. ταἰσχρά Barn. Musgrav.

V. 388. Harl. Burg. πρῶτα μέν.

V. 389. Flor. Vict. Havn. οὓς δ' Ἄρης εἷλε e v. 378. In Flor. altera etiam lectio adscripta est.

V. 390. δ' pro γ' Harl. ap. Burg.

V. 395. ὑπῆσαν Ald. Herv. 1. ἀπῆσαν Brub. Herv. 2. et sic MSS. Steph. Harl. Burg. Vict. Havn.

V. 398. καὶ ταῦτ' Ἀ. Flor. Vict. Havn. ἴξις Ald. rell. Rectius ἴξις Seidler. Gramm. Sangerm. in Bekk. anecd. p. 99, 4. ἧξις, ἀντὶ τοῦ ἄφιξις. Εὐριπίδης Τρῳάσιν. quem locum citavit iam Pierson. Veris. p. 118. Hinc Toup. Em. in Suid. T. I. p. 265. ἡ ἴξις, quam crasin Atticis omnino ignotam fuisse recte monet Porson. ib. T. IV. p. 451.

V. 399. Ald. rell. χρηστὸς ὢν ἐλάνθανεν. contra linguae rationem. Vid. ad Alc. 923. Itaque hactenus recte Schaefer. melet. cr. p. 56. ἐλάνθαν' ἄν. Sed Flor. χρηστὸς γεγὼς ἐλάνθανεν, Vict. χρ. γεγὼς ἐλάνθανεν ἄν, Havn. χρηστὸς ἔλαθεν ἂν γεγώς. Hinc V. D. in Edinburgh rev. n. 37. p. 67. not. χρηστὸς ὢν ἂν ἔλαθεν ἄν, nescio cur ὢν exquisitius censens quam γεγώς.

V. 400. Πάρις τ' ἔγ. Vict. Havn.

V. 401. Burgesii coniecturam σιγώμενόν τι κῆδος probat Elmslei. ad Med. p. 150. Nihil hic habet articulus, inquit Burgesius. Perperam: articulus casibus obliquis substantivi cum adiectivo iuncti ex lege additur, quando substantivum ad adiectivum eadem ratione refertur, qua *subiectum* ad *praedicatum*. Soph. Oed. T. 93 sq. τῶνδε γὰρ πλέον φέρω τὸ πένθος. Ai. 1285. οὐ δραπέτην τὸν κλῆρον ἐς μέσον καθείς. (ὁ κλῆρος οὐ δραπέτης ἦν) infra 471. κακοὺς μὲν ἀνακαλῶ τοὺς συμμάχους (οἳ σύμμαχοι, οὓς ἀνακαλῶ, κακοί εἰσιν.) Isocr. Areop. p. 217. ed. Lang. πυκνοτάτας γὰρ ταῦτα λαμβάνει τὰς μεταβολάς, et paulo post ἐπειδὴ δ' ἀνυπέρβλητον ᾠήθημεν ἔχειν τὴν δύναμιν. Id. περὶ ἀντιδόσ. p. 94. ed. Orell. τὸν γὰρ ἔχοντα τὴν μὲν ψυχὴν - - δυναμένην, τὴν δὲ φωνὴν καὶ τὴν τοῦ στόματος σαφήνειαν τοιαύτην - - ἔτι τὴν τόλμαν - - γινομένην etc. p. 96. τοὺς καταδεεστέραν τὴν ψυχὴν ἔχοντας p. 97. φαίνομαι μεγάλας τὰς ὑποσχέσεις ποιούμενος. Sic h. l. σιγώμενον τὸ κῆδος εἶχεν ἄν est idem ac τὸ κῆδος, ὃ εἶχεν, ἦν ἂν σιγώμενον, vel ἐσιγᾶτο ἄν. Mox Flor. Vict. τὸ κῦδος εἶδεν. εἶδεν etiam

Havn. Tum Ald. rell. εἶχεν ἐν δόμ. Schaef. l. c. εἶχ' ἂν ἐν δ. Elmslei. l. c. εἶχεν ἂν δόμοις. Alterutrum necessarium videtur.

V. 402. φρονεῖν Harl. ap. Burg.

V. 403. εἰ δ' ἔστ' ὅδ' Harl. ap. Burg. ἐς τόδ' Havn.

V. 404. Havn. δυςκλεής.

V. 406. Vict. Havn. οὐ τἀμὰ λ.

V. 411. Flor. Havn. οὐκ ἂν pro οὔκουν. simili modo positum in Soph. Ai. 1339.

V. 412. τοιαῖςδε φήμαις. Cic. Catil. 1. extr. *Hisce ominibus, Catilina, egredere ex urbe.*

V. 419. Vict. καὶ σὺ μέν.

V. 421. Flor. ἕπεσθαι pro φέρεσθαι et v. 424. ἕπεσθαι, c. not. al. φέρεσθαι.

V. 423. Havn. σὺ δ' οὖν κἂν οὔ σε Λαρτίου χρήζῃ τόκος. An: σὺ δ' οὖν, ὅταν σε Λ. χρ. τ. χρήζῃ iam rescripsit Schaefer. pro χρῄζοι.

V. 424. Ald. rell. ἄγειν φέρεσθαι, haud dubie e v. 421. ἕπεσθαι MSS. Steph. Flor. Vict. Havn.

V. 426 sqq. Notam interrogationis, quae in Ald. rell. erat post ἥν, recte post ὑπηρέται transtulit Seidler. Ordo enim est: τί ποτε οἱ ὑπηρέται ἔχουσι τοὔνομα (i. e. ὀνομάζονται) κήρυκες; sed sensum rectius declaravit Hermann. *Cur praecones vocantur, qui servi dicendi erant,* λάτρεις? Pro τοὔνομα Harl. ap. Burg. τἀμά.

V. 429. Havn. καὶ σὺ τὴν ἐμ.

V. 433. Havn. οἷά μιν.

V. 434. χρυσός. Vid. ad Andr. 164.

V. 435. Havn. δείξει pro δόξει, tum ἐκπλήσας pro ἀντλήσας.

V. 437. Ante hunc versum quaedam excidisse manifestum esse dicit Heath. Nullam esse lacunam censet Seidler, modo ne post πάτραν plene interpungatur: ordinem enim esse ἵξεται πάτραν δέκα ἀντλήσας ἔτη, οὗ δή etc. Ita οὗ ad δέκα ἔτη ἀντλ. retulisse et pro particula temporis accepisse videtur, *quo tempore*, quod an fieri possit, dubito: nec dici potest *quo tempore Charybdis fretum occupat*, Potius dicendum in verbis δέκα

ἀντλ. ἔτη ἵξεται μόνος πάτραν inesse significationem errorum Ulyssis, et ad hos, si non diserte memoratos, at cogitatos tamen referri οὗ; *solus patriam veniet, decem annis peractis et longis erroribus exantlatis, quibus eo deferetur, ubi Char. habitat.* In fine Ald. rell. Flor. 1. πέρας, Brodaeus τέρας, quod recepit Barnes. MSS. Steph. Harl. Vict. Havn. πέτρας.

V. 438. Ald. rell. ὠμοβροςορειβάτης, unde Canter. Barnes. ὠμόβρος (i. e. ὠμόβορος) τ' ὀρειβάτης, rectius Scaliger. ὠμοβρώς τ' ὀρειβάτης. MSS. Steph. Harl. ὠμοβόρος τ' ὀρειβάτης, (quod probat Pierson. Veris. p. 66. deleto τ') commemorata etiam altera lectione ὠμόφρων τ' ἐπιστάτης, quam habent Flor. Vict. Havn. Sed ἐπιστάτης an sic nude dicatur, dubito. Miror, neminem de duplici Troadum recensione cogitasse.

V. 439. Havn. Αἴγυστις χ' ἡ. Tum μορφάτρια Ald. rell. Harl. μορφώτρια MSS. Stephani, Flor. Vict. Havn.

V. 440. Ald. rell. θαλάσσης δ' ἁλμυρὰ ναυ. contra metrum. ἁλμυρᾶς Scaliger. et sic Flor. A. Vict. Havn. hic etiam θ' pro δ', ut coni. Musgr. ναυάγια θαλάσσης hic esse videntur *naufragia in mari facta*, non *fragmina navium fractarum.*

V. 441. λωτοῦ τ' ἔρωτες. Vid. Od. ι, 94 sqq.

V. 443. Ald. rell. ὡς δὴ συντεμῶ. δὲ pro δή Flor. Vict. Havn. ut edidit Seidler. Vict. et Havn. etiam συντέμω, recte, ne futurum pro coniunctivo ponatur.

V. 444. Havn. καὶ ζῶν ἐς ᾅδην, omisso εἶσ'. ἐς ᾅδην etiam Flor. (e quo sic enotatum εἶσ' ἐς ᾅδου] ἐς ᾅδην, ut in eo etiam εἶσ' omissum esse videatur) Vict.

V. 446. Flor. Vict. ἐξανθίζω, quod unde ortum sit, monstrat Havn. ἐξαντίζω.

V. 447. Porson. Adv. p. 263. γαμούμεθα. quo alludit Havn. γαμώμεθα. Eadem de causa Hermann. στεῖχ' ὅπως τάχιστ' ἐς ᾅδου· νυμφίῳ γημώμεθα. Equidem non video, quomodo Cassandra Talthybio dicere possit, στεῖχ' ὅπως τάχιστ' ἐς ᾅδου, et nolim verba ἐς ᾅδου a sqq. separari, in quibus ἐς eventum significare videtur, *sponso nubamus, quo fiet, ut eum ad inferos deiiciam.* Minus recte Seidler. hanc locutionem comparat cum κατ' Ἄργος ἃ γαμουμένα v. 313. et εἰς τύραννʼ ἐγημάμην

v. 476. Ita interpungi possit: στεῖχ᾽ ὅπως τάχιστ᾽· ἐς ᾅδου νυμφίῳ γημώμεθα. Sed vix opus: canon enim ille Dawesianus non leviter nunc labefactatus est. vid. ad Phoen. 1319.

V. 449. τι σεμνόν Ald. rell. σεμνόν τι Harl. Flor. Havn. E Vict. enotatum τὶ σεμνόν δ᾽, quod non intelligo. πράσσειν pro πράττειν Havn. Pro στρατηλάτα Flor. Vict. Havn. ἀρχηγέτα. Hoc cur praeferatur, nullam causam video, ut nec Valcken. diatr. p. 95.

V. 450. Pro τοι Havn. τι. γυμνάν θ᾽ ἐκβ. Ald. rell. ex quo Barnes. fecit γυμνάν τ᾽ ἐκβ. Harl. γυμνά θ᾽ ἐκβ. unde Schaefer. ap. Seidl. γυμνάδ᾽ ἐκβ. quod confirmatur Havn. γυμνά δ᾽ ἐκβ.

V. 453. μοι om. Havn.

V. 454. Havn. ἐκλέλοιπα δ᾽ ἑορτάς.

V. 457. Havn. ποῖ σκάφος τοῦ στρατ. omisso τό. Flor. etiam et Vict. ποῖ σκ. — ποῦ ποτ᾽ ἐμβ.

V. 459. Buttmann. Gramm. gr. p. 189. Not. scribit Ἐριννῦν.

V. 460. Seidler. interpunxit: χαῖρέ μοι, μῆτερ· δακρύσῃς μηδὲν, ὦ φίλη πατρίς. *Laetare mihi, o mater; noli lugere, o patria.* At quis unquam patriam δακρύειν dixit? Recte Hermann. in notis MSS. δακρύσῃς μηδέν matri dici monet, ut in parenthesi, χαῖρε etiam ad patriam et fratres et patrem referendum esse.

V. 462. ἥκω δ᾽ Flor. Vict. Havn.

V. 465. Ald. rell. εἰς ᾅδην πιτνεῖ. Harl. εἰς ᾅδου. Cotton. Flor. Vict. Havn. εἰς πέδον. Seidler. coniecerat εἰς ἄλην πιτνεῖ. Vellem exempla afferri locutionis εἰς ἄλην πιτνεῖν, *animi deliquium pati*; et quale hoc est animi deliquium, quod Hecubam statim loqui non impedit?

V. 466. Ald. rell. οὐκ ἀντιλήψεσθ᾽, ἢ μεθήσεσθ᾽; ὦ κ. Flor. Vict. Havn. οὐκ ἀντιλήψετ᾽, ἢ μεθήσετ᾽ ὦ κ. Hinc Musgr. nostram lectionem conflavit. Seidl. οὐκ ἀντιλήψεσθ᾽, ἢ μεθ. ὦ κακαί. rectius Herm. οὐκ ἀντιλήψεσθ᾽; ἢ μεθήσετ᾽, ὦ κακαί; Burg. et Lenting. p. 81. οὐκ ἀντιλήψεσθ᾽; ἢ μεθήσετ᾽, ὦ κακαί, Γραῖαν πεσοῦσαν;

V. 467. Flor. Vict. Havn. εἰς ὀρθὸν δέμας. quod praefert Lenting. p. 81.

V. 468. Ald. Herv. 1. 2. Havn. Vict. Harl. ap. Burg. τὰ μὴ φίλ', Brub. Herv. 2. τὰ μοὶ φίλ', quod sequentes sine ulla suspicione retinuerunt; ex errore ortum esse accentus male positus τὰ μοὶ pro τά μοι monstrat. Hoc ipsum τὰ μὴ φίλ. reponi volebat Victor. V. L. XXXVI. et sola haec est lectio, quae auctoritatem aliquam habeat, quamvis τὰ μοὶ φίλ' habere etiam videatur Flor. e quo nihil diversitatis ad edit. Canteri enotatum. Utrumque agnoscit Χριστ. πάσχ. 1031. ἐᾶτε μ' οὔτι φίλα μοι τὰ μὴ φίλα, monente Burgesio. τὰ μὴ φίλα in universum valet ἃ ἂν μὴ φίλα ᾖ, οὔτοι φίλα, si ad certum hominem, h. l. Hecubam respicias. Bacch. 448. ὅ τι γὰρ μὴ χρεὼν οὔτοι χρεὼν παθεῖν, ubi Elmslei. comparat Hec. 279. οὐ τοὺς κρατοῦντας χρὴ κρατεῖν, ἃ μὴ χρεών.

V. 476. Vict. ναὶ μὴν τύραννος. Elmslei. ad Soph. Oed. T. 588. ἦ μὲν τύραννος, quod probat Herm. mihi saltem minus necessarium videtur.

V. 478. Havn. οὔκουν ἀριθμὸν, ἀλλ'. omisso ἄλλως.

V. 478. ἀριθμὸν ἄλλως. Vid. Ruhnken. ad Timaei lex. p. 199. et Add. p. 283 sqq.

V. 479. οὐ Τρῳὰς Ald. Brub. Herv. 1. 2. Harl. Vict. Havn. e Florent. nihil enotatum. οὓς Τρῳάς MSS. Steph. et sic edidit Canter. quod dictum pro οὓς οὐδὲ Τρῳὰς οὐδ' Ἑλλ. Vid. Schaefer. ad Lambert. Bos. p. 776 sq.

V. 482. τρίχας δ' ἐτμ. et πρός τύμβοις Havn.

V. 485. ἐφερκίῳ Vict. una voce. Ἑρκείῳ est ab Hermanno pro Ἑρκίῳ. Vid. ad 17.

V. 486. πόλιν θανοῦσαν Ald. Brub. Herv. 1. 2. Harl. πόλιν θ' ἁλοῦσαν H. Steph. et sic Havn. Vict. qui ἁλοῦσαν.

V. 488. θρέψας Havn.

V. 489. Harl. ὡς ἀφιγμέναι, errore e v. 492. ut bene Burges.

V. 491. Ut hic in appositione ponitur nominativus, sic Heracl. 72. βιαζόμεσθα καὶ στέφη μιαίνεται, Πόλει τ' ὄνειδος καὶ θεῶν ἀτιμία. Hel. 986 sq. κεισόμεσθα δὲ

Νεκρὰ δὺ ἑξῆς τῷδ' ἐπὶ ξεστῷ τάφῳ, 'Αθάνατον ἄλγος σοὶ, ψόγος δὲ σῷ πατρί.

V. 492. Ald. rell. εἰς δόμους ἀφίξομαι. Flor. Vict. Havn. Ἑλλάδ' εἰςαφίξομαι, quod recepit Musgr. Harlei. nec δόμους agnoscit, nec Ἑλλάδ'. Herm. haec annotavit: Veterem lectionem habet Harl. omittens et Ἑλλάδ' et δόμους. Utrumque supplementum est interpolatorum, sed δόμους ineptum, Ἑλλάδ' melius et fortasse genuinum, nisi poëta dedit εἰς ξένην ἀφίξομαι.

V. 493. Ald. Brub. Herv. 1. 2. τῶδε συμφορώτατα. MS. Steph. τῷδ', ἀσυμφορώτατα. et sic Flor. Vict. Havn.

V. 495. θ' post τεκοῦσαν addit Havn.

V. 497. ῥυσσοῖσι Ald. ῥυσοῖσι Havn. Harl. Cf. ad Suppl. v. 48. 49. βασιλικῶν ἐκ δεμνίων, ut Soph. Trach. 284. ἐξ ὀλβίων ἄζηλον εὑροῦσαι βίον. Herod. 1; 87. ἐκ δὲ αἰθρίης τε καὶ νηνεμίης συνδραμέειν ἐξαπίνης νέφεα. Cf. Blomfield. gloss. Agam. 873.

V. 498. τρυχηλὸν Ald. Herv. 1. τρυχηρὸν Brub. Herv. 2. rell. et Harl. Flor. Vict. Havn. εἱμένη Ald. Brub. Herv. 1. 2. εἱμένην H. Steph. Flor. Vict. Havn. ut edidit Canter.

V. 502. Ald. Brub. Herv. 1. 2. σύβακχε (σὺ βάκχε male ex Ald. afferunt Musgr. et Seidler.) σύμβακχε MSS. Steph. Flor. Vict. Havn.

V. 505. Scripsisse videtur θηλειῶν σπορά. *Herm.*

V. 506. Harl. apud Burg. γινομένων.

V. 509. Havn. χαμερπῆ.

V. 510. Verbis στιβάδα χαμαιπετῆ et πετρινὰ κρήδεμνα locum solitarium designat. ubi se lacrymis et moerore conficiat, ut recte Musgr. Sic etiam V. D. in *Quart. rev.* V. p. 179. qui ad Niobes mortem respici monet. — ἀποφθερῶ Harl. ap. Burges.

V. 515. Seidler. coni. ἄσον σὺν δακρύοις ob v. antistrophicum 535. Hermanno recte scriptum videtur ἄεισον ἐν δακρύοις.

V. 516. ἐπικήδειον est ex emendatione Barnesii pro ἐπιτήδειον. Hesychii glossam ἐπικήδειον, ἐπιθανάτιον, citat Burges. Cf. Franck. Callin. p. 125 sqq. Ceterum

ἀμφὶ h. l. usurpatum esse videtur, ut in initiis hymnorum et aliorum carminum poni solet, Ἀμφί μοι Ἑρμείαο φίλον γόνον ἔννεπε, Μοῦσα, Ἀμφὶ Διώνυσον - - μνήσομαι. et iungenda esse ἄεισον ᾠδὰν ἐπικήδειον Ἴλιον.

V. 517. ἐς Τροίαν Havn. pro εἰς Τρ. De ἰαχχέω vid. ad Orest. 814.

V. 519. ἀπήνας Havn. Vulgo ἀπήνης.

V. 520. ὀλόμαν recte Musgr. pro ὀλοίμαν.

V. 522. Vulgo χρυσεοφάλαρον. Correxit Seidler. Paulo ante pro οὐράνια Havn. οὐρανία. οὐράνια βρέμων *alte fremens*, quia ipse altus erat, vel omnino *immensus*, ut simulacro tributum dicatur, quod proprie ipsi equo convenit. Vid. Erfurdt. et Herm. ad Soph. Antig. 414.

V. 525. mihi ut praecedens, dochmiacus videtur, tribrachum vel dactylum praefixum habens. ἀπὸ πέτρας σταθείς non est simpliciter pro ἐπὶ πέτρᾳ, sed respicitur ad ἀνεβόασε, quia ἀναβοᾶν ἐκ vel ἀπὸ τόπου dicitur, ut in locis a Musgr. allatis omnibus. Vid. Gramm. gr. §. 596. c. Itaque comma delendum post λεώς v. 524. πέτρας Flor. Vict. Havn. ut ediderunt Canter. et Barnes. πέτραν Ald. Brub. Herv. 1. 2.

V. 527. ἄγετε Havn. ξοάνων Harl.

V. 535. πεύκᾳ ἐν οὐρείᾳ Heath. cum ξεστὸν λόχον iungit vertens: *Argivorum insidias in abiete montana fabrefactas.* Probant Seidler. ad v. 528. et Burges. hic comparans Virgil. Aen. II, 16. *sectaque intexunt abiete costas.* At ubi tandem materia, e qua aliquid factum est, praepositione ἐν declaratur? Rectius esset πευκᾶν οὐρειᾶν. Hiatum ita tollas, si πεύκᾳ ἐν cum Seidlero l. c. pro dactylo accipias, ut versus sit qualis 513. 533. sed obstat strophicus, nisi cum Seidlero scribas ἄσον σὺν δακρύοις mutatione parum verisimili. Herm. in strophico vulgatam servans hic scribit: πᾶσα δὲ γέννα φρυγῶν, πρὸς πύλας ὡρμάθη ὁ πεύκᾳ ἐν οὐρείᾳ — δόσων. *ad portas ruebat ex omni genere Phrygum, qui divini equi donum deae daret inclusas ligno Achaeorum insidias et perniciem Dardaniae.* Quae mihi dura et contorta ratio videtur. Ceterum Havn. οὐράνια pro οὐρείᾳ.

V. 538. Flor. Vict. Havn. *θέα*, haud dubie pro *θέᾳ* satis speciose, inquit Lenting. p. 81. *θέᾳ διδόναι ὄμματα* legitur Androm. 1064. rem spectandam *θέᾳ διδόναι* nondum scriptum reperi.

V. 539. Harl. ap. Burg. Havn. *καὶ χάριν*. Vict. *ἄζυγον*. Tum Ald. rell. *ἄμβροτα πώλου*, in quo Barnes. *ἄμβροτα* nota *ὑφ' ἓν* cum *πώλου* iungendum existimabat, *ἄμβροτα - πώλου*. Musgr. correxit *ἀμβροτοπώλου*, ut hoc pro *ἀμβρότου πώλου*, et *πῶλος* de dea dictum sit. Exempla quidem, quae et ipse et Seidlerus adscripserunt, e serioribus petita sunt, eique constructioni ansam fortasse ea dedit, quam, diversam tamen a nostra, illustravi ad Hipp. 67. Sed sic iam Pind. Nem. 1, 92. *ὀρθόμαντιν Τειρεσίαν* dixit pro *ὀρθὸν μάντιν*, Soph. Phil. 1338. *Ἕλενον ἀριστόμαντιν*. Sed *ἄζυγος ἀμβρότου πώλου* de dea dictum paulo ineptius videtur: rectius Hermann. vertit *divini equi donum*. et equus est *ἄζυξ*, *currui non iunctus*. *χάριν πώλου* dictum, quia *τὸν πῶλον ἐχαρίσαντο τῇ θεᾷ*, ut Bacch. 504. *τὰν Διονύσου χάριν οἴνας* i. e. *οἴναν ἂν Διόν. ἐχαρίσατο*. Ita comma etiam delendum post *δώσων*, ut *χάρις* duplici significatione accipiatur, *χάριν διδόναι τινί*, et *χάριν πώλου*. Vid. ad Iph. T. 552. *Ut deae gratum munus darent, donum divini equi.*

V. 540. Ald. rell. *κλωστοῦ δ' ἀμφιβόλοι | σι λαΐνοισι νεὼς ὡς*. *λινέοισι* pro *λαΐνοισι* Canter. Commel. Barn. Sed Flor. *καὶ κλωστοῦ ἀμφιβόλοις λίνοισι ναὸς ὡς εἰς*. Sic etiam Victor. Havn. nisi quod hi *καὶ* omittunt, in Havn. ad praecedentem versum relatum. *ἀμφιβόλοις λίνοισι ναός* etiam Harl. *λίνοισι* MSS. Steph. E Codd. lectione pro *ὡς* dedi *ὡςεί*.

V. 542. Havn. *πέδα τε φοίνιά τε*. Flor. Vict. *φόνιά τε*.

V. 544. Havn. *ἐν δὲ πόνῳ*. fortasse melius, quia vs. sq. repetitur *ἐπί*. *ἐν δὲ* et *ἀνὰ δέ* bene sibi respondent. Lenting. p. 81. ad *κρότον ποδῶν* aliquod verbum *ἔξωθεν ληπτέον* dicit, quod cum saltatione conveniat. At *μέλπειν* non minus cum saltatione, quam cum cantu convenit.

V. 549. Havn. *ἐνί* pro *ἐν*.

V. 550. *δόμοις δὲ* Ald. Brub. Herv. et Codd. *δόμοις*

τε Herv. 2. Canter. Barn. V. 549. τε post βοὰν deleri velim, et ἀνὰ κρότον ποδῶν interpretari *comitante pedum strepitu.*

V. 551. μέλαιναν αἴγλαν de luce fumo involuta, nigricante, accipio, qualis est taedarum. Sic etiam Victor. V. L. 26, 12. qui comparat cum *atro lumine* Virg. Aen. VII. 458. Mira ratio est Seidleri, de locutione νυκτὸς αἴγλαν, quae nec hic nec Soph. Phil. 830. legitur, disputantis, et explicantis, *splendorem qualem nox habet*, i. e. *nullum splendorem sed tenebras.* An igitur hanc explicationem huc etiam referri voluit, ut μέλαινα αἴγλα esset nullus splendor, sed tenebrae. Num igitur παμφαὲς (τὸ πάντα φωτίζον Hesych.) σέλας πυρός *tenebras* diffundere dicatur? an tenebras, quales sunt ignis et facis, i. e. lucem? Herm. in notis MSS. vertit: *iam dederat lumen obscuram lucem apud obdormiscentes*; quo lectionem παρ' ὕπνῳ probare se significat.

V. 552. παρ' om. Harl. ap. Burg. et Havn. οἴνῳ e coniectura Schaeferi et Erfurdtii ad Soph. Oed. T. 773. scripsit Seidler. pro ὕπνῳ.

V. 555. Ἄρτεμιν, ut numeris adversans, uncis inclusit Seidler. Huius descriptionem versuum nunc probat Herm. Olim ita eos digesserat, ut ipse eos descripsi.

V. 556. φοινία Harl. ap. Burg. Havn. ut edidit Seidler. pro φονία.

V. 558. Havn. θήλια (φι written above) περι —.

V. 559. Havn. πλέκουσ' pro πέπλους, et μηποὶ pro ματρί. ἔβαλλε cum Seidlero scripsi pro ἔβαλε. Victor. V. L. 26, 10. hunc locum comparat cum Virg. Aen. VII, 518.

V. 560. 1. Herm. elem. doctr. m. p. 256. cum Seidlero. haec in unum versum coniungit: λόχου δ' ἐξέβαιν' Ἄρης, qui est dochmiacus desinens in iambum, ut quatuor sequentes.

V. 563. σφ. δ' ἀμφὶ βωμοῖσι Ald. rell. σφ. δ' ἀμφιβώμιοι Flor. Vict. Havn. ut edidit Musgr.

V. 566. καράτομος ἐρημία νεανίδων esse videtur solitudo mulierum, s. novarum nuptarum, caedibus maritorum effecta. Sic etiam accepisse videtur Herm. qui

in notis MSS. secundam manum expertis, Solitudinem intelligo mulierum, inquit, quorum mariti caedebantur. Seidler. νεανιῶν edidit et καρατ. ἐρημίαν νεανιῶν interpretatur *exitiosam, caedi obnoxiam solitudinem iuvenum, qui non congregati, sed dispersi atque a suis deserti singuli in cubilibus opprimebantur.* Haec vero dissipatio iuvenum quomodo vel solitudo vel ἐρημία appellari potest? Hermann. elem. d. m. p. 256. scripsit νεᾶνις pro νεανίδων. „Nam νεανίδων prava explicatio videtur exquisitioris locutionis, cui simile est νεάνιδες ἧβαι in Ione v. 477. Honesta circumscriptione chorus stupra designat, caesis maritis ab hoste mulieribus illata." Hac certe vi ἐρημία vix alibi legitur. — Pro κουροτρόφῳ Havn. κουροτρόφον. quod fortasse verum: nam cur Ἑλλὰς κουροτρόφος prae aliis appelletur vix dicas, nec satisfacit Vict. V. L. 27, 5.

V. 568. Flor. Vict. Havn. φρυγῶν δὲ π. πένθος, unde δέ recepi, quod in Ald. rell. deest.

V. 569. τὴν Ἀνδρ. Havn.

V. 570. πορθμευομένην edidit Seidler. et sic Havn.

V. 571. εἰρεσίαν μαστῶν intelligo motum mammarum alternis surgentium et subsidentium, *das Wogen der Brüste.* In curru autem ipso cum matre sedet Astyanax, ad pectus eius reclinatus. Miro modo interpretatur Musgrav.

V. 573. ἀπήνας pro ἀπήνης recte Seidler. nam in eadem Hecubae oratione sunt aliae formae Doricae δύστανε et φθιώτας.

V. 580. Alterum μοι delendum esse et v. 581. αἶ αἶ semel tandum ponendum apparet, et sic Seidler. — Pro παιᾶν' Flor. Vict. παιάν.

V. 582. ὦ Ζεῦ pro ἰὼ Ζεῦ Seidler. Sed Herm. haec sic disponit:

Ανδρ. τῶνδ' ἀλγέων — *Εκ.* ἰὼ Ζεῦ.
Ανδρ. καὶ συμφορᾶς.

et in antistr.

Εκ. φεῦ δῆτ' ἐμῶν — *Ανδρ.* κακῶν, φεῦ.
Εκ. οἰκτρὰ τύχα.

συμφορᾶς Havn.

V. 584. Ald. rell. βέβακεν ὄλβος. Correxit Seidler.

V. 585. Havn. τλᾶμον.

V. 586 sq. Vict. φεῦ δῆτ' ἐμῶν κακῶν et οἰκτρά τε pro οἰ. γε.

V. 588. πόλεος ob metrum scripsit Seidler. pro πόλεως.

V. 589. ὦ πόσι Ald. rell. et Codd. ὦ πόσις scripsit Seidler. partim ad antistropham, partim ideo, quod proximo versu iidem numeri recurrunt. Contra Herm. versum antistrophicum corruptum existimans (vid. ad v. 593.) servat ὦ πόσι.

V. 590. Havn. τί βοᾷς.

V. 593 sqq. Ald. Herv. 1. σύ τ' ὦ λῦμ' Ἀχαιῶν. | τέκνων δέ ποθ' ἁμῶν πρεςβυγενὲς Πρίαμε, | κόμισαι μ' εἰς ᾅδου. Pro λῦμ' Brub. Herv. 2. Canter. Barn. λῆμ', quod etsi errore typographico ortum videtur, tueri conatur Barnes. Havn. σύ τε ὦ λύμ' Α. λύματα eodem sensu legitur etiam apud Aesch. Prom. 696. Hectorem, non Priamum alloqui Hecubam, monet Reisk. quem sequuntur Musgr. et Seidler. Equidem si rem per se specto, haud scio, an magis consentaneum sit, ut Andromache maritum Hectorem, sic Hecubam maritum Priamum advocare; quod etiam genus quoddam est responsionis, in antistrophicis satis usitatae; et ut Andromache maritum ad opem sibi ferendam, sic Hecuba mori cupiens Priamum senem advocat, qui nihil fere nisi hoc praestare potest. Sed vix intelligitur, quomodo Priamus λῦμα Ἀχαιῶν vocari possit, ut nec qua ratione idem τέκνων ἁμῶν πρεσβυγενὴς appellari queat. An λῦμ' Ἀχαιῶν, cuius caede *piaculum*, (quod proprie vocatur λῦμα. vid. Blomfield. gloss. Prom. 715.) sibi contraxerunt Graeci? Pro δέ ποθ', quod in metrum peccat, Seidler. δή ποθ'. sed Harl. Havn. δέσποθ', Vict. δέσποτ'. Sed quis unquam patrem δεσπότην τέκνων appellavit? Quum vero haec ad Hectorem dici viderentur, Musgr. coniecit, σύ τοι, δεῖμ' Ἀχαιῶν, τέκνων δέ ποθ' ἁμῶν πρεςβυγενὲς, Πριάμῳ κόμισαί μ' εἰς Ἅιδου. e quibus Seidler. σύ τοι et Πριάμῳ adscivit. Herrmann. in notis MSS. Εκ. σύ τοι λῦ' ἀχέων, | Ανδρ. τέκνων δήποτ' ἄλλων | πρεςβυγενὲς Πριάμου. | Εκ. κοιμίσας μ' ἐς ᾅδου. Equidem me-

dicinam loco nullam habeo. V. 596. *κοίμισαι* propter metrum scripsit Seidler. *morte consopitam me ad te in inferos deducas.* Hinc fortasse media vox se tueri possit, quum alias sit *κοιμίζειν τινα*, ut Soph. Ai. 832. Sed Herm. versum Hecubae tribuens servat *κοιμίσας*.

V. 597 sqq. Hos etiam versus Ald. Herv. inter personas ita distribuunt:

Χο. Οἵδε πόθοι μεγάλοι.

Ἑκα. σχέτλια τάδε πάσχομεν ἄλγη.

Χο. οἰχομένας πόλεως. Ἑκα. ἐπὶ δ' ἄλγ. ἄ. κ. et reliqua usque ad v. 602. Tum v. 603. tribuitur Hecubae; v. 604. verba *νῦν τέλος οἰκτρὸν ὁρᾷς* Choro, *κἀγὼ δόμον, ἔνθ' ἐλ.* Hecubae, v. 605. Choro, v. 606—609. Hecubae. In Brub. Hecubae persona excidit v. 603. ante *ἐπὶ δ' ἄλγεσιν ἄλγεα κεῖται*, ita ut omnia a verbis *οἰχομ. πόλεως* usque ad 602. Choro tribuantur. Versus 597—602. Choro tribuunt Harl. et Havn. Havn. chori etiam notam omittit v. 605. et Hecubae v. 606. In Vict. v. 597. *Ἀνδρομ.* est pro *Ἑκ.* tum verbis *ὅ τε σὸς γ.* v. 599. praefigitur *Χο. καὶ ἐμὸν δόμον* - - v. 604. *Ἀνδρομ.* pro *Ἑκ.* Recte Seidler. vv. 597—602. Andromachae, reliqua Hecubae tribuisse videtur.

V. 597. *οἵδε πόνοι μεγάλοι* e coniectura Wakefieldii Silv. crit. I. p. 61. receptum a Zimmermanno me invito et imprudente remansit. Edd. et Codd. *οἵδε πόθοι μ.* — Tum *σχέτλια* Ald. rell. *σχετλία* ob metrum Seidler. Ad sqq. *τάδε πάσχ. ἄ.* repetendum videtur *μεγάλα τάδε π. ἄ.*

V. 598. *κεῖνται* Flor. Vict. Havn.

V. 599. *εὐφροσύναισι* Ald. rell. *δυςευφροσύναισι* Vict. *δυςφροσύναισι* Harl. et Exc. Musgr. Tum *ὁ δὲ σὸς γ.* Ald. rell. *ὅτε σὸς* Flor. Vict. Havn. quod iam recepit Musgr. *ὅτε* est pro *ἐξ οὗ*. Pro *ἐκφυγεν* Harl. Havn. *ἔφυγεν*.

V. 602. *τέτακται* Flor. Vict. Havn.

V. 603. Ald. rell. *κἀγὼ δόμον.* Flor. Vict. Havn. *καὶ ἐμὸν δόμον*, quod recepi, ut suppleatur *καὶ ἐμὸν δόμον καταλειπόμενον δακρύω*, verba autem *νῦν τέλος οἰκτρὸν ὁρᾷς tu o patria*, media interposita sint.

V. 605. Ald. rell. ὦ τέκν', ἔρημος πόλις. ἁ μάτηρ | ἀπολείπεθ' ὑμῶν. ἁ ante μάτηρ om. Havn. et delevit Seidler. Etiam, quod Seidler. scripsit ἀπολείπεται, est in Havn. Pro ἔρημος πόλις Seidler. ἐρημόπολις. Sed nunc magis placet Burgesii coniectura ὦ τέκν' ἔρημ' ἄπολις μάτηρ ἀπολ. ὑμ.

V. 607. MSS. Steph. καταλείπεται.

V. 608. δόμοισιν Havn.

V. 610. τοῖς κακῶς πεπονθόσιν Ald. rell. et Stob. CXXI. p. 503. Grot. τοῖς κακ. πεπραγόσιν Cotton. Flor. Vict. Havn. quod recepit Musgr. Ceterum ante hunc versum pro Ἑκάβη pone Χόρος.

V. 612. ὁππότ' Havn. pro ὅς ποτ'.

V. 614. ὡς deest in Havn.

V. 615. Elmslei. ad Heracl. 168. legendum coniecit τὸ μηδὲν ὄντα. probabiliter.

V. 617. τοιάςδ' Harl. Havn.

V. 623. Ald. rell. οὔτ' ἀριθμός ἐστι μοι Κακῶν. κακῶν γάρ. Flor. Vict. κακῶν. κακὸν γάρ. Harl. Havn. et X. Π. 42. κακῷ κακὸν γάρ. quod recepit Musgr.

V. 625. In hoc ipso posita est indignitas rei, quod ἀψύχῳ νεκρῷ immolata est.

V. 628. αὐτήν Flor. Vict. Havn.

V. 634. Ald. rell. τὸ βλέπειν τῷ κατθ. Alterum habent Harl. Havn. et Stobaeus Grot. p. 495. ubi Trincav. bis τό.

V. 635. τῷ δ' recte Stob. Gesn. et Grot. pro τῷδ'.

V. 636. Hunc versum, in Ald. rell. omissum, habent Flor. Harl. Havn. Quum vero Andromache Hecubam τεκοῦσαν vocari non posset, Musgrav. emend. ὦ μῆτερ, οὐ τεκοῦσα, κ. λ. Seidler. ὦ μῆτερ, ὦ τεκοῦσα κάλλιστον, λόγον Ἄκ. Herm. ὦ μῆτερ, ὦ τεκνοῦσσα καλλίστων λόγων, citans Brunck. et Erfurdt. ad Soph. Trach. 308. Musgr. coniectura inepta est: nam alia est ratio loci Ion. 1344. quem citat; Seidleri et Hermanni correctiones idcirco dubitationem habent, quod, an pulchra prole insignis fuerit Hecuba, nihil ad rem pertinet. Nec τεκοῦσα κάλλιστον dici posse puto. Cf. ad

Hec. 615. *λόγον ἄκουσον* vero sic nude dictum ieiunius videtur. *τεκνοῦσσα*, quod semel tantum in Sophocle legitur, haud scio an supra orationem Euripidis assurgat. Mihi versus h. l. suspectus videtur, et ex alia fabula adscriptus. Nam quod Musgrav. dicit, Andromachen Hecubam multo seniorem alloquentem minus decore orationem ab *ἄκουσον* ordiri, ex nostris moribus ductum est. Nihil certe honoris causa praefata Hecuba in cognomine fabula v. 770. Agamemnonem sic alloquitur *ἀλλ' ὧν περ οὕνεκ' ἀμφὶ σὸν πίπτω γόνυ, Ἄκουσον.*

V. 637. *ἐμβαλῶ* Ald. rell. *ἐμβάλω* recte Havn. et Stob. Gesn. Serm. CXIX. Sqq. citat Plutarchus T. II. p. 109. I.

V. 640. Recte Wyttenbach. ad Plutarch. p. 733. negativum *οὐδὲν* et ad *ἀλγεῖ* et ad *ᾐσθημένος* referendum dicit, quod genus constructionis frequentius esse in aientibus enunciatis, in negantibus perrarum. Sic iam Aem. Portus, etiam Burges. Cf. ad Orest. 403. Phoen. 520. Andr. 962.

V. 642. *ἀλᾶται τῆς πάροιθ' εὐπραξίας* nihil aliud esse potest nisi *aberrat a felicitate, ea privatus est, caret*, ut *εὐφροσύνας ἀλᾶται* Pind. Ol. 1, 94. Sed addito *ψυχὴν*, *in animo caret felicitate* inest simul significatio *desiderii* et *aegritudinis.* Fortasse vero ad cognatum etiam vocabulum *ἀλαίνειν* respexit.

V. 643. Vict. praefigit *Ἑλ.* Flor. *ἐκείνῃ δ' ὅμως ὡς οὐκ - -*

V. 644. Havn. *τέθνηκ' οὐδέν.*

V. 645. Ald. rell. *ἐγὼ δὲ τοξεύσασα, τῆς τ' εὐδοξίας Λαχ. πλ.* quod explicari potest, *τοξεύσασα τῆς εὐδοξ. λαχοῦσά τε.* Sed lenior fit oratio deleto *τ'*, quod omittit Havn. Peerlkamp. ap. Lenting. p. 82. legebat: *τῆς τ' εὐδοξίας Λαχοῦσα, πλεῖον.*

V. 647. *Χ. Π.* 536. *γυναικὶ*, quod praefert Pierson. Sed vix tanti est auctoritas Pseudo-Gregorii, ut eam in textu constituendo sequamur.

V. 649 sqq. Primaria sententia est: *πρῶτον μὲν — ἔμιμνον ἐν δόμοις.* *ἔνθα* v. 649. ad ea spectat, quae animo iam cogitata postea demum verbis exprimit, *ἐν τῷ οὐκ ἔνδον μένειν*, ut saepe relativa ad ea referuntur,

quae sequuntur. Tum dicendum erat αὐτὸ τοῦτ' ὀφείλεται Κακῶς ἀκούειν τὸ οὐκ ἔνδον μένειν, sed eadem est constructio, quam ad Iphig. T. 592. illustravi. Iniuria autem totum hunc locum 649 — 659. etsi sententias contineat, Euripide satis dignas, tamen ab Euripide non esse profectum, certe huic nexui non potuisse destinatum esse censet Seidler. Quod de voce εἰςφρεῖν, Tragicis ignota, dixit, falsum esse ipse postea ad El. 1028. ingenue falsus est. Quod vero post πρῶτον μέν non sequitur ἔπειτα, neminem morabitur, qui meminerit, quam saepe utriusque linguae auctores post *primum* omittant *deinde*. Est vero quod huic respondeat v. 656. Ita nihil video, quod nexui loci non conveniat. Agnoscit eos etiam auctor *X. Π.* v. 540.

V. 650. τούτου πόθον παρεῖσ' Valck. ad Hippol. 645. e *X. Π.* 542. (ubi est οὕπερ πόθον παρεῖσ').

V. 653. Hic etiam Valcken. e *X. Π.* malebat ἔμιμνον ἐν δόμοις Εἴσω μελάθρων, et τε post εἴσω om. Vict. et Havn. sed ἐν δόμοις εἴσω μελ. nimis ταυτόλογον. Recte Seidler. post Reiskium interpunctionem delevit, quae in Ald. est post μελάθρων.

V. 655. ἐξήσκουν MS. Steph. in marg. Delevi interpunctionem post χρηστόν, ut iungerentur ἐξήρκουν ἐμοὶ ἔχουσα. Vid. ad Orest. 657.

V. 657. Ald. rell. ἅ με χρῆν. Correxit Brunck. ad Soph. Antig. 734. Auctor. *X. Π.* 547. οἷς μ' ἐχρῆν νικᾶν κόρας, unde hic quoque οἷς μ' ἐχρῆν malit Lenting. p. 83.

V. 658. Barnes. ὧν μ' ἐχρῆν.

V. 659. Ald. rell. Ἀχαιϊκόν. Herv. 2. Canter. Musgr. Ἀχαϊκόν. Vid. ad Hec. 284. Cf. Blomfield. ad Aesch. Ag. Add. 607.

V. 660. Harl. ap. Burg. ἠρέσθην pro ᾑρέθην.

V. 665. Vitium Brubachianae κακὰ φαν. in Hervag. 1. 2. Canter. Musgr. fluxit, quamvis correctum iam ab Aem. Porto.

V. 666. Harl. ap. Burg. μιγήσομαι. Pro στυγοῦσ' Lenting. p. 83. malit στέργουσ', ut servetur lex ἀντιθέσεως.

V. 669. αὐτὴν, ἥτις. Sic Iphig. A. 1014. ἢν δ' αὐτὰ μὴ πράσσωμεν, ἃν ἐγὼ θέλω. Cf. Gramm. gr. §. 472. 11. Diversum est, quod supra legitur v. 363. et quae Seidler. ibi ad v. 346. adscripsit, in quibus non sequitur relativum.

V. 672. Flor. ἔλξει. Harl. ap. Burg. Havn. ἕλξει.

V. 675. Havn. Ἕκτωρ.

V. 676. Harl. ap. Burg. σθένει pro γένει.

V. 681. Harl. ap. Burg. Havn. ἔχειν.

V. 682. Flor. Havn. ὄλεθρον.

V. 685. Pro πράξειν τι κεδνόν drama Chr. pat. habet ἕξειν τι κεδνόν. sic Soph. Ai. 663. οὔπω τι κεδνὸν ἔσχον, et Thuc. III., 11. ἀσθενέστερα ἕξειν. *Lenting.* p. 88.

V. 689. γραφῇ διδοῦσα Ald. Brub. Herv. 1. 2. Correxit P. Victorius V. L. 28, 2. etiam H. Steph. γραφὴν Harl. ap. Burg. Flor. Vict. Havn. Cf. Hippol. 1002. Pro κλύουσ' Havn. κλαίουσ'.

V. 693. ἄντλων Flor. Ald. Herv. 1. correctum iam in Brubach. *sentinam exhauriens* post Portum recte vertit Elmslei. ad Heracl. 169. Tum νηός Havn.

V. 694. Pro ἐνδόντες τύχῃ Lenting. p. 83. e *X. Π.* 624. corrigit, ἐνδόντες φορᾷ Etym. M. φορὰν δὲ ἔλεγον οἱ Ἕλληνες τὴν τύχην. Idem comparat Ovid. Metam. II, 184 sqq.

V. 695. Havn. παρῆσαν. *X. Π.* 626. παρῆκαν.

V. 698. γάρ om. Harl. secundum Burges. ad v. 695. Pro οὐκ Havn. ed. Canter. οὐκ, etiam *X. Π.* 629. νικᾷ γὰρ ὡς οὐκ ἐκ θεῶν δεινὸς κλύδων.

V. 700. σώσῃ Ald. rell. οὐ γὰρ δάκρυά νιν σώσει τὰ σά Havn. Harl. ap. Burg. οὐ γάρ pro οὐ μή etiam Flor. Vict.

V. 702. Harl. ap. Burg. τῶν τρόπων.

V. 703. Havn. φίλος.

V. 705. Τροίας μέγ. ὠφ. Ald. rell. Τροίᾳ Harl. Havn. ἵν' εἴποτε Harl. Havn.

V. 706. Ald. rell. ἐξ οὗ γεν. MS. Steph. Harl. Flor. Vict. Havn. ἐκ σοῦ γεν. Pro Ἴλιον Flor. Harl. Burg. Vict. Havn. ὕστερον. quod probat Lenting. p. 83.

V. 707. Vid. Reissig. comm. crit. in Oed. C. p. 171.

V. 709. Hic etiam Ald. rell. Ἀχαιϊκόν, Havn. Ἀχαϊκόν.

V. 714. ἄρχη Ald. rell. ἀρχή Havn. Harl. ap. Burg.

V. 718. ἀυτοῦ Havn.

V. 720. *Laudo verecundiam, praeterquam si fausta nuncies:* qui enim fausta nunciat, eum non opus est αἰδεῖσθαι, sed eum, qui mala, tristia, molesta affert. Ex eo vero, quod Talth. veretur mandata exponere, colligit Androm. eum mala afferre. Harl. λέγειν κακά. κακά etiam Flor. Vict. Havn.

V. 721. Ald. rell. κτείνουσι. Cotton. Harl. Flor. Vict. Havn. κτενοῦσι. Tum τόν pro σόν Ald. rell. τῶν αὐτοῦ π. Havn.

V. 727. δεῖν malit Lenting. p. 83.

V. 728. γενέσθω Harl. Havn. Vid. ad Hec. 871. ubi falso dixi, hic omnes Codd. habere γενέσθω. Recte Elmslei. ad Eur. Med. 587. Arist. Ach. 1077. Lenting. p. 83. sic interpungunt: ἀλλ' ὡς γενέσθαι (καὶ σοφωτέρα φανεῖ) μήτ' etc. Cf. Med. 597.

V. 729. τοῦδ' Ald. et Codd. τοῦ γ' Brub. Herv. 1. 2. rell.

V. 730. ἰσχύσειν Harl. ap. Burg. Havn. Burges. ad h. v. qui ipsi est 736. in Harl. scribi monet δ' pro τ', quod ad v. 732. spectare videtur.

V. 733. ἡμεῖς δέ Havn.

V. 734. Ald. Herv. 1. 2. Canter. Musgr. et Codd. τούτων ἕνεκ'. οὕνεκ' iam Brub. et Barn. ut correctum in Havn.

V. 735. οὐδ' ἐπίφθονόν σε χρή Ald. rell. σε δρᾶν duo MSS. Musgr. e quibus unus est Harl. teste Burgesio, Flor. Vict. Havn. Omnes hi infinitivi pendent e βούλομαι, non sunt pro imperativis, nec ab omisso δεῖ pendent, ut accepit Seidler.

V. 736. Ἀχαιῶν et ῥίπτειν Havn. ῥιπτεῖν Ald. rell. Vid. Add. ad Hipp. v. 213.

V. 737. ὧν χολ. Ald. rell. ᾧ χολ. Harl. Havn. quod

nunc dubito an recipiendum fuerit. Vid. Gramm. gr §. 345. ad Andr. 1014.

V. 738. ταφοίη Ald. rell. ταφείη Barn. et sic Havn. τραφείη Harl. ὅδ' om. Harl. ap. Burg. Havn. hic habet etiam οὐδ' (sic) pro οὔτ', tum Vict. Harl. Burg. τύχη.

V. 744. Ald. rell. εὐγένει' ἀποκτενεῖ. Cotton. Harl. ap. Burg. Flor. Vict. Havn. εὐγ. ἀπώλεσεν. *X. Π.* 1512. ἡ δ' εὐμένεια τοῦ πατρός σ' ἀποκτείνει.

V. 745. τοῖς ἄλλοισιν Havn. Musgr. coniecturam ὃ τοῖσιν ἄ. ex fr. Alex. V, 2. recte refutavit Seidler. Vulgatam sequitur etiam *X. Π.* 1513. ἡ τίσις ἄλλοις γίγνεται σωτηρία.

V. 746. ἦλθέ σοι. Imo ἦλθε σοί. nam opponitur τοῖσιν ἄλλοις.

V. 747. δυστυχῆ γε Seidler. cum Reiskio, quia λέκτρα et γάμοι idem significent. Idem videtur Hermanno. Sed vid. ad Hipp. 1068.

V. 103. *Βρόμιον* est e Bothii coniectura. *χορεύειν τινα* illustravit Brunckius ad Soph. Ant. 1151. Quod Herm. dicit, ubi numeri mutentur, et alia pars strophae incipiat, ibi convenientius esse, etiam novae orationis initium esse, et ita esse in antistropha, hanc regulam sibi scriptam esse, negant antiqui poëtae, quod ex uno Sophoclis carmine Philoct. 676 sqq. patet: vide ibi v. 680. coll. 695. 686. coll. 701. 700 coll. 685. 711. coll. 724. 721. coll. 709. Idcirco autem Bothii coniecturam recepi, quod et illa *αὐτίκα γᾶ πᾶσα χορεύσει* nimis nude dicta videbantur, et vulgatae, *Βρομιός (ἐστιν) ὅςτις ἄγει θιάσους*, sententiam multo fortiorem fieri videbam, quam res pateretur: quomodo enim cum vi proferri potest, tamquam novum vel imprimis memorabile, quod iam e praecedentibus facile apparebat? — Pro ὅςτις ἄγει Pal. *βρόμιος ὅτ' ἄγῃ θιάσους*, Laur. *ὅτ' ἄγῃ* a prima manu, *ὅςτις ἄγει* a correctore: e meis nihil enotatum. Hinc Elmslei. suspicatur, Euripidem scripsisse *ὁπότ' ἂν ἄγῃ* vel *εὖτ' ἂν ἄγῃ*. Mihi quoque locus mendosus videtur, quia ὅςτις an pro ὅς usurpetur, dubito. Vid. ad Hipp. 900.

V. 106. Ald. Herv. 1. ἀφ' ἱστόν. ἀφ' ἱστῶν iam Brub. ut coniecit Brodaeus, et sic duo Florr. Vict. ἀμφ' ἱστῶν Pal. Mox Pal. παρακερκίδων | τ'. Laur. π κερκίδων | τ'.

V. 109 sq. Aldus comma habet post Κρῆτες, Pal. et Laur. a pr. m. κρήτας, hic nunc κρῆτας sec. Elmslei. Etiam Strabonis X. p. 740. codd. Laurent. (vid. Elmsl. ad v. 55.) A. κρήτας διογενέτορας ἔνθ' αὖλος. B. ζαθέοιο τε κρήτας διογενέτορος ἔνθ' αὖλοί. C. κρῆτες διογενέτορες ἔνθ' αὐλίς. Hinc Elmsl. Κρῆτας, quod multo minus poëticum est, quam Κρῆτες ἔναυλοι.

V. 111. Ald. rell. et Strabonis edd. τρικόρυθές τ' ἐν ἄντροις. Paris. E. Flor. 1. 2. Vict. τρικόρυθες ἐν ἄντροις. Paris. G. et Laur. ἔνθα τρικόρυθες ἐν ἄντροις, sed vocabulo ἔνθα linea circumducta deleto: vid. Brunck. et Bast. comm. palaeogr. p. 857. Hinc Musgr. dedit ἔνθα τρικόρυθες ἄντροις. Etiam Strab. codd. apud Elmsl. vel ἔνθα τρικόρυθες ἀνθοῦσι vel ἔνθα τρικόρυθες ἀνθ' ὧν s. ἀνθ' οἷς. Quod Brunckium secutus dedi, metro repugnat: nam σμίλαξ priorem longam habet. τρικόρυθες vocantur Corybantes, monente Lobeckio ad Soph. Ai. p. 358 sq. ob triplicem galeae marginem, qui trium galearum super impositarum speciem reddebat. En Pontificis Romani coronam!

V. 113. ἦυρον Elmsl. e Pal.

V. 114. Ald. rell. ἀνὰ δὲ βακχεία συντόνῳ κέρασαν ἡδυβόα Φρυγίων αὐλῶν πνεύματι, sine sensu. Barnes. edidit βακχείᾳ ἡδυβόᾳ (βακχείᾳ iam est in Commel.) *simulque cum Bacchica acuta* voce (Aem. Port. in notis: συντόνῳ suppl. φωνῇ.) *miscuerunt dulcisonos Phrygiarum tibiarum flatus* (igitur ἡδυβόα πνεύματα, ut Portus in notis proponit) ἀνὰ δὲ βακχείαν σύντονον sc. φωνήν Portus, Heath. et Brunck. Musgrav. legendum censet βακχικά subintelligendo ὄργια vel ἱερά, Schaefer. Βάκχεια. Par. G. βάκχια. Enumeratis VV. DD. coniecturis, Elmsleius, „Tandem, inquit, veram scripturam, metro quoque necessariam, protulit Matthiae. Idem valet ἀνὰ δὲ βάκχια quod ἐν βακχίοις. Ipsum vide Gramm. Gr. §. 579. p. 888.“ Dolet, laudem a prae-

stantissimo Viro mihi impertitam me ipsum tueri non posse. Quamquam quae Herm. contra disputavit, ad Elmsleii explicationem refutandam valent, ad me nihil pertinent. Ego enim non iungebam ἀνὰ βάκχια, *in sacris Bacchicis*, sed ἀνεκέρασαν δὲ βάκχια sc. ᾄσματα vel μέλη, vel simile quid, *Bacchicos clamores*, non Baccho dicatos, sed furore plenos, *miscuerunt*. Ut autem βάκχιος, *vinum* (vid. Valck. ad Phoen. p. 21.) substantivi vim habet, sic τὰ βάκχια etiam usurpari posse credebam, ut τὰ ἐπινίκια, τὰ ἐπιθαλάμια, similia dicuntur, et quum melius nihil succurreret, lectionem recepi, quae et codicis alicuius auctoritate munita esset, et sensum non ineptum haberet, et metro conveniret. Sed ex hoc ipso, quod Elmslei. et Herm. ἀνὰ βάκχια iunxerunt, ego autem ἀνεκέρασαν βάκχια iungi volueram, apparet, quam verum sit quod Herm. p. 24. dicit, imperite factam tmesin, si sequatur vocabulum, cum quo, qui haec recitari audiat, facilius, quam cum verbo κέρασαν, praepositionem construat. Imperite igitur Euripides supra 80. scripsit, ἀνὰ θύρσον τε τινάσσων infra 519. τινάσσων ἀνὰ θύρσον κατ' Ὄλυμπον pro ἀνατινάσσων. Hermann. edidit: ἄνα δὲ Βακχάδι συντόνῳ κέρασαν ἡδυβόᾳ Φρυγίων αὐλῶν πνεύματι, Βακχάς tamen quo exemplo firmaret, non habere se confitens, ita ut sola analogia haec lectio, et eo, quod dici possit, non minus quam mea, se tueatur. Ex eo vero, quod raritas vocabuli fidem non minuit, et illud non debet suspectum reddere, non sequitur, id quod nusquam legitur, fide aliqua dignum haberi, modo ne analogia desit. Dubitari etiam possit, an βυρσότονον κύκλωμα — hoc enim repetendum est — s. τύμπανα αὐλῶν πνεύματι κεράσαι recte dicatur pro τυμπάνων κτύπον.

V. 115. ἀδυβόᾳ Elmsl. e corrupta apud Strabonem scriptura κέρας ἀνὰ δύο βοᾶν vel βοάν; quo Dorismo propter duplex α in hac voce usum esse Euripidem negat Herm.. Nollem addidisset: Harum rerum subtile iudicium est, quod sensim sensimque usu comparatur.

V. 116. 17. Ald. rell. - - πνεύματι, ματρός τε Ῥέας εἰς | χέρα θῆκαν, κτύπον ἔν τ' ἄσμασι Βακχᾶν. Ultima sic leguntur apud Strabonem: καλλίκτυπον εὔασμα Βακχᾶν. Hac lectione et Aldina coniuncta Musgrav. con-

iecit καλλίκτυπον εὐάσμασι Βακχᾶν, deinde, ne metrum corrumperetur, neve vox ματρός bis recurreret, θῆκάν τε Ῥέας εἰς χέρα, καλλίκτυπον εὐ. Β. Hoc recepit Brunck. quem ego secutus sum; quod nunc ipse miror. Nihil aliud nisi εὐάσμασι pro ἔν τ' ἄσμασι, scribendum erat, ut scripserunt Elmsl. et Herm. Pro ἔν τ' ᾄσμασι Paris. G. ἔν τ' ἄσθμασι. Pal. ἐν ᾄσμασι.

V. 119. Strabonis l. c. et edd. et MSS. Ῥέας pro Θεᾶς, quod recepit Hermann. quia non certa indicatur mater cuiuspiam, quae dea esset. Praeterea Strab. Codd. Laur. A. B. C. ματέρος ἐξαύσαντο ῥέας. ἐξανύσασθαί τι παρά τινος ad h. l. explicavit Brunck.

V. 123. ὄρεσιν Ald. rell. οὔρεσιν duo Pariss. Flor. 1. 2. Vict. Elmsl. malit ὄρεσσιν, ut epodus a duobus paeonibus incipiat. Hermann. edidit, puncto in fine praecedentis versus posito, ἡδύς, ἐν οὔρεσιν, ὅς τ' ἂν etc. i. e. ἡδύς, ὅς ἐν οὔρεσιν, ὅς τ' ἂν πέσῃ πεδόσε, *laetitiae plenus est, in montes, quique ex velocibus thiasis in campos sese contulerit.* At πεδόσε nusquam est *in campos* s. *in planitiem*, sed *in solum, in humum* s. *humi*, ut infra 557. nec qui in aliquem locum se confert, πίπτειν unquam dicitur. Ita πεδόσε πίπτειν nihil aliud esse potest, nisi *humi recumbere*. Quod vero Herm. dicit, non posse haec de Baccho accipi, ob sqq. 128. ὁ δ' ἔξαρχος Βρόμιος, εὐοῖ, quia, ubi idem commemoretur, ipse sibi opponi non possit, eodem iure dici potest, verba ὁ δ' ἐξ. Βρόμιος non posse de Baccho accipi, quia v. 131. sequatur ὁ Βακχεὺς δὲ -- Paulo post αἷμα τραγοκτόνον i. e. φόνον τράγων, ut recte Elmslei., ad epulas spectat, in quibus carne caprina vescitur Bacchus cum comitibus, quippe cui capri etiam immolantur. Ceterum pro πέσῃ πεδόσε Pal. πεύσῃ πεδός σε et v. 125. ἀγορεύων, quod Laur. etiam a prima m. habere dicit Elmsl.

V. 126. ὠμοφάγον Ald. Brub. Herv. 1. Pariss. E. G. ὠμοφάγων Herv. 2. Canter. Barn. Musgr. Florr. 1. 2.

V. 128. Vict. Βρόμ. οὔ οἴ.

V. 130. Pal. νέκταρ Συρείας. Zonaras p. 1307. καρπός pro καπνός.

V. 131 sqq. Laur. a prima manu: ὁ βακχεὺς δ' ἔχων

πῦρ; ἐκ νάρθηκος ἀΐσσει· πυρώδη φλόγα πεύκας. Corrector. πῦρ delevit, transpositionis notas β α addidit. ἀΐσσει recte Heath. vertit *impetu fertur.* Solemnis mentio discursationum Bacchicarum; ignis vero quassando concitati tamquam rei primariae, commemoratio, quae inest in ἀΐσσει φλόγα, paulo frigidior.

V. 134. Par. E. τοῖς χοροῖς, omisso, ut videtur, καὶ Flor. 1. δρόμῳ γῆς χοροῖς quod esset *per terram discurrendo.* In Pal. ι vocis χοροῖς duobus punctis subscriptis notatum est. Hinc Elmsl. ἀΐσσει δρόμῳ, τε; χορούς ἐρ. Herm. ἀΐσσει δρόμῳ, χορούς ἐρ. πλ. Accusativum reponendum iam Brunck. viderat, sed incommode addito articulo, τοὺς χορούς. Accusativus πλανάτας rude positus vix cuiquam placuerit. Itaque χορούς — πλανάτας verum est, deleto καί. Non minus ἐρεθίζων per se positum ambiguum videtur, nisi coniungas δρόμῳ ἐρεθίζων.

V. 135. Laur. Vict. ἰαχαῖς τ' ἂν ἀπ' ἄλλων.

V. 136. Ald. relli. τρυφερὸν εἰς. Brunck. ἐς scripsit, ut versus esset dimeter anapaesticus proceleusmaticum habens in secunda sede. Eadem de causa Burges. apud Elmsl. πλόκαμον εἰς. αἰθέρας Flor. 1.

V. 137. Laur. Vict. ἐπευάσμασιν. Post ἐπιβρέμει Pariss. E. G. Flor. 1. 2. addunt ἐπιλιγει (sic sine accentu) ἠχεῖ, Laur. ἐπὶ (sic) λίγει ἠχεῖ, ὁ gl. περισσόν. e glossemate, ut putat Elmsl. Idem in Vict. additum est post Βάκχαι v. 138.

V. 139. ὦ hic om. Par. E. Flor. 1. 2. Laur.

V. 140. Elmslei. scripsit χρυσορόα, quomodo certissimum esse non scripsisse Euripidem dicit Herm. quia utrumque; α ictu erigatur, quod molestum esse. χλιδᾷ est e Reiskii correctione pro χλιδᾷ. Vict. χλιδᾷ ἴσ. χλιδᾷ.

V. 145. Pal. ὅτ' ἄν. Elmsl. Ego, inquit, semper ὅτ' ἂν scribo, licet codices optimi et vetustissimi haud raro ὅταν exhibeant. Mira vero diligentia.

V. 146. Flor. 1. παίγμα.
η

V. 147. Pal. βρέμει.

V. 148. Herm. alterum εἰς ὄρος delevit, quia, quum

ultima pars epodi numeris procedat valde aequabilibus, vehementer eam aequabilitatem turbaret versus mutilus *παίγματα βρέμη σύνοχα φοιτάσιν*, quem oportere ex duobus paeonibus totidemque dactylis esse, ut 143. 145. (adiectis verbis *ἱερὸς ἱερά*, quae quomodo duos dactylos efficere possint, non assequor.) Quum *εἰς ὄρος* ea ipsa verba sint, quibus Bacchas excitat Bacchus, bis ea posita videntur, ut v. 104. 138 sq.

V. 150. *Βάκχα* est e correctione Musgr. pro *Βάκχου*.

V. 151. 2. 3. in duobus Pariss. Flor. 1. 2. Laur. praefixum est *Θεράπων*.

V. 151. Elmslej. coni. *τίς ἐν πύλαισι; Κάδμον ἐκκάλει δόμων*. et sic iam Bergler. ad Arist. Pac. 178.

V. 159. *ἠσθόμην* Codd. et edd. Musgr. et Porti coniecturam cum Brunckio recepi, quia absurdum esse videbatur dicere *quam vocem tuam audivi*: sic enim interpretabar *ὡς*. Sed recte monet Elmslei. in tali sensu dici potius solere *ἥδομαι* vel *ἥσθην*, Herm. autem *ὡς* recte dicit esse *nam*.

V. 162. *παιδὸς ἐξ ἐμῆς* malit Elmsl. ad h. l. et Mus. crit. VI. p. 273. qui id agere videtur, ut *θυγατρός* e Tragicorum scriptis expellat.

V. 163. Ald. rell. *ὅς πέφην' ἀνθρ.* Barn. ex em. Stephani, ut ait Elmsl. *πέφηνεν*. et sic, ut videtur, Flor. 1. 2. *πέφηνεν* Laur. Vict.

V. 165. Pal. Laur. Vict. *ποῖ δὴ χορ.*

V. 169. Ald. rell. *ἡδέων*. Palmariam emendationem *ἡδέως* Miltono surripuit Barnes. (vid. R. P. Iodrell *illustr. of Eur. Vol. II.* p. 335. ed. 2.) Barnesio Brunckius. [P. P. D.] *Kidd. misc. tracts* p. 224 sq.

V. 170. Brub. Herv. 2. *ταῦτά μοι*. In codd. Steph. verba *ἐπιλελ. ἠδ. γέροντες ὄντες* tribuuntur Tiresiae, *ταῦτά μοι πάσχεις ἄρα* Cadmo.

V. 171. Quae hic Tiresiae sunt, praeter verba *ταῦτά μοι πάσχεις ἄρα*, in Ald. Cadmo tribuuntur usque ad 190. quae Cadmi, Tiresiae, ita ut versui 191. nova persona non praefixa sit. Veram personarum descriptionem restituit Canter. in editione usque ad 180. reliqua in nota. Eam confirmant Parr. E. G. Laur. Flor.

l. 2. — κἀπιχειρήσω κακοῖς Ald. rell. χοροῖς pro κακοῖς Pariss. E. G. Flor. 1. 2. Laur. Vict.

V. 172. Recte Elmsl. post περάσομεν notam interrogandi habet; idem scripsit οὐκ οὖν, quod non necesse est imitari: *an igitur curru in montem proficiscemur?* Falso Elmsl. p. 187. in Ald. οὔκουν esse dicit.

V. 173. Elmsleium scribentem ἀλλ' οὐχ ὁμοίαν ὁ θεὸς ἂν τιμὴν ἔχοι, refutare studuit Herm. ὁ θεὸς ἂν legebat etiam Porson. ap. Kidd. p. 225. 303. Pal. ἔχει.

V. 175. Elmsl. ἁμοχθί minus recte, etsi res nondum ad liquidum perducta est. Vide tamen post Herm. ad Soph. Ai. 1206. Reisigium comm. in Soph. Oed. C. 1638. p. CC sqq. Pro νῷν (Pal. Laur. Flor. 1. 2. νῶϊν) Elmsl. tacite edidit νῦν, operarum errore, ut puto.

V. 181. Soloecum est, οὐδὲν σοφιζώμεσθα quod Valck. diatr. p. 38. coniecit, recepit Brunck. Recte Ald. rell. σοφιζόμεσθα. Vid. Hermann.

V. 182. Ald. rell. πατρὸς παραδ. Valcken. coniecturam πατρίους παρ. receperunt Brunck. Elmsl. Herm. Pro ἅς θ' ὁμήλ. Reisig. comm. crit. in Soph. Oed. C. p. 335. ἅς γ' ὁμ. Vix opus. Verba ἅς ὁμήλικας χρόνῳ κεκτήμεθα, adiectivi ad πατρίους additi locum tenent, πατρίους παλαιούς τε παραδ.

V. 183. Pal. οὐδ' εἰς αὐτὰ καταβάλλῃ λ. Vict. αὐτάς pro αὐτά. Vid. Gramm. gr. §. 439. Barnes. e Scaligeri emendatione καταβαλεῖ, ut edidit etiam Brunck. Elmsl. coni. καταβαλεῖ λόγοις. Quid tandem interest inter *Nulla disputatio ea evertet*, et *Nemo disputationibus ea evertet?* Prius poëtam magis decet, alterum prosae scriptorem.

V. 184. Brunck. εὕρηται pro subiunctivo habens pro εἰ dedit ἦν. Herm. εὕρηται coniunctivum esse contendit, sed servandum εἰ. Eius doctrinam de εἰ cum coniunctivo mox accuratius explicatum iri speramus. Sed hoc non intelligo, cur indicativum hic ferri non posse dicat, *quia non sumatur, quod factum sit aut non factum, sed quod possit fieri.* Ego contra non possum, quin *sumi* hic aliquem dicam, qui summam sapientiam adeptus sit.

K 2

V. 186. Recte notam interrogandi post ἐμόν delevit Elmslei.

V. 188. Pal. Flor. 1. 2. Vict. Laur. εἰ χρή, Pal. etiam χηρεύειν. An scriptum fuit: οὐ γὰρ διῄρηχ' ὁ θεός οὔτε τὸν νέον, Εἰ χρὴ χορ.? post quae non necesse est mutare εἴτε τὸν γεραίτερον.

V. 190. δι' ἀριθμῶν αὔξεσθαι interpretor ita ut ii, qui honore aliquem prosequi debeant, qui non dinumerentur, et a se secernantur.

V. 191. Cadmi personam addunt Pariss. E. G. Laur. et haud dubie Florr. 1. 2.

V. 193. Ald. rell. διὰ σπονδῆς. Correxerunt Stiblin. Stephanus.

V. 198. Pal. σώματ' pro δώματ'.

V. 201. Pal. διόνυσος ὅςτις ἐστί.

V. 208. Ald. Herv. 1. πανδόμοις πρ. Pal. πανδήμοις. Iam Herv. 2. Brub. Cant. rell. πανδήμοισι, et sic Laur. Flor. 1. 2 Vict.

V. 210. Laur. οἰνῶ τ' ἀγαυὴν θ'.

V. 212. καί σφας Brunck. Vid. Elmslei. ad Med. 1345. ἀρκύσιν Herm. et sic Flor. 1. 2.

V. 214. Pal. Laur. λέγουσι δ' ὅστις.

V. 216. Ald. rell. εὔοσμον κόμην. MSS. Steph. εὔκοσμος κόμην, unde sic ediderunt Canter. Barn. Musgr. Lectionem repudiavit Brunck. quippe sublesta tantum Stephani fide nixam, et cum εὔοσμος κόμην comparat Ovid. Metam. III, 555. *Et madidus myrrha crinis.* At quomodo aliquid ξανθοῖσι βοστρύχοισι εὔοσμον esse potest? Iam in Troadibus saepenumero vidimus lectiones a Stephano e MSS. prolatas postea in Florentinis repertas esse, et h. l. ad Musgravianam scripturam e Flor. 1. Furia enotavit βοτρύχοισιν εὔοσμον, e Flor. 2. nihil ut in hoc eadem lectio esse videatur, quae in ed. Musgr. εὔκοσμος κόμην. Ad duplex κ Euripidis aures non magis offendisse puto, quam ad repetitum σ. Herm. post βοστρύχοισιν commate distinxit, ut hi dativi per se positi sint pro ξανθός; quae Latinorum est, non Graecorum constructio.

V. 217. Ald. rell. οἰνωπὰς ὄσσοις χ. Α. ἔ. Par. G.

Flor. 1. 2. Laur. οἰνωπά τ' ὄσσοις. Par. E. Pal. a correctore, Vict. οἰνωπάς τ' ὄσσοις. Barnes. coni. οἰνωπός, ὄσσοις, quod receperunt Musgr. Brunck. Elmsl. At Hermann. propter librorum lectionem Scaligeri emendationem praetulit οἰνῶπας. Hoc οἰνῶπας χάριτας paulo audacius dictum in Aeschylo vel Sophocle ferrem, ab Euripidis, qui ad orationem pedestrem propius accedit, simplicitate abhorrere videtur.

V. 223. 24. Codd. et edd. Διόνυσον θεόν. Reisk. Διόνυσος θεός, quod cum Schaefero recepi, sed falsam sententiam habet: nam nec hospes ipse Dionysum se esse usquam dicit, nec chorus eum Bacchum esse putat, nec Pentheus id eum iactare usquam significat. Praeterea perversus esset verborum ordo. Ut enim ἔστι Διόνυσος θεός significare debet, non *Bacchus est deus*, sed *est aliquis deus, qui Bacchus vocatur*, (es existirt ein Bacchus) sic ἐκεῖνος εἶναί φησι Διόνυσος θεός eumdem sensum habere debet. In vulgata contra εἶναι loco suo positum est; vid. v. 490. Sed nec ea commoda est: quum enim ἐκεῖνος repetatur, fieri non potest, quin utroque loco illud ad eumdem hominem referatur, ad hospitem, (ut Orest. 584 sq.) de quo dici non potest, hospes ἐν μηρῷ ποτ' ἐῤῥάφη Διός. Itaque Reiskius pro ἐῤῥάφη coniecit ἐῤῥάφθαι, quam coniecturam probatam Musgravio recepit Brunck. At ita hoc quoque in laudem dei iactare hospes dicendus esset, tanquam id, quo divinus Bacchi ortus demonstraretur: quod absurdum est. Hoc enim irridentem Pentheum commemorare conveniebat, ut v. 267. Elmsleius pro priore ἐκεῖνος scripsit ἐκεῖνον, ὁ ξένος φησιν ἐκεῖνον εἶναι Διόνυσον θεόν. At quemnam ἐκεῖνον? de nullo enim praeterea sermo fuerat. Hermann. Brunckii lectionem recepit, servato tantum ποτ', quod ille praeter necessitatem in νιν mutaverat. Mihi, quid scriptum fuerit, non liquet. Si ita scripti legerentur versus:

θεόν γ' ἐκεῖνός φησι Διόνυσον, θεὸν
ἔχειν, ὃς ἐν μηρῷ ποτ' ἐῤῥάφη Διός.

difficultates omnes remotae essent. θεὸν ἔχειν φησι. vid. v. 439 sq. et de repetito θεόν Elmslei. ad v. 961.

V. 227. Elmslei. nullum senarium apud tragicos exstare dicens, qui in initio quinti pedis ἔστ' vel ἐστ' ha-

beat, praeterquam hoc loco et Orest. 604. pro ἔστ' ἄξια dedit ἐπάξια, quod recepit Hermann. Par. E. etiam in textu habet ἦν ἄξια, in margine ἔστ'. Lenting. probat ἦν.

V. 228. Elmsl. hic quoque ὕβρισμ' ὑβρίζειν. Vid. ad Suppl. 495. et Herm. ad h. l.

V. 232. Par. E. G. Flor. 1. βακχεύοντας. Sic etiam Flor. 2. Laur. e correctione. Porson. Adv. p. 264. coni. νάρθηκι βακχεύοντας· αἰδοῦμαι, πάτερ. ἀναίνομαι recte defendunt Brunck. Elmsl. Herm.

V. 233. Post εἰσορῶν comma sustuli, quia cohaerent haec, τὸ γῆρας νοῦν οὐκ ἔχον, *male sanam senectutem.* Laur. a pr. m. οὐκ ἔχων.

V. 236. et 238. male interrogative accipi videntur Elmsleio...

V. 238. Flor. 2. Laur. φέρων, supra scripto ειν a correctore. Flor. 1. φέρων.

V. 239. ἐξερύετο Brunck. e Par. E.

V. 240. 'κάθησ' ἂν Ald. κάθησ' ἂν Brub. Herv. 2. Canter. ἐκάθησ' ἂν Herv. 1. καθῆσ' ἂν Vict. Pal. Laur. In Herv. 2. huic versui praefixum est κα. duabus primis litteris verbi κάθησ' male repetitis.

V. 242. γάμος Ald. rell. γάνος Par. E. G. Flor. 1. 2. Vict. Laur. Etym. M. p. 221, 20.

V. 244. Genitivus τῆς εὐσεβείας vix commode explicari potest. Quod ego dedi, ut ironica esset exclamatio, iamdudum reprobavi, quum ironia nullo modo hic locum habere possit. Nihilo melius Barnes. τῆς εὐσεβείας vertit *Proh Pietas*, quod est quodammodo invocantis deam, quae iniuriam sibi illatam ulciscatur; quo sensu non ponitur genitivus. Brunck. φεῦ τῆς ἀσεβίας partim e Musgravii coniectura. Reisk. et Porson. apud Kidd. p. 225. τῆς δυσσεβείας! quod recepit Elmslei. idque non familiari tantum colloquio convenire intelligitur ex Iph. A. 316. Hermannus iungit, οὐκ αἰδῇ θεοὺς, τῆς εὐσεβείας Κάδμον τε καταισχύνειν, (καὶ τὸ σὸν αὐτοῦ γένος, pro eo, mutata structura) Ἐχίονος δ' ὢν παῖς, καταισχύνειν γένος; *Non vereris, propter pietatem et Cadmum, satorem gentis terrigenae, quum*

autem Echionis filius sis, genus tuum contumeliis affi- cere? plane ut Soph. Oed. T. 1425. τὴν γοῦν πάντα βόσκουσαν φλόγα αἰδεῖσθ' ἄνακτος Ἡλίου, τοιόνδ' ἄγος ἀκάλυπτον οὕτω δεικνύναι. At et impeditior paulo est verborum ordo pro facilitate Euripidis; et quum καταισχύνειν Κάδμον τῆς εὐσεβείας nihil aliud esse possit, nisi *contumeliis afficere*, eo sensu, quo significat *conviciis proscindere*, hunc sensum nunquam habet καταισχύνειν, sed *dedecorare* i. e. facere, quae aliquo indigna sint et quibus splendor eius offuscetur, *einem Schande machen.* Cf. Wyttenbach. ad Plutarch. p. 608. Itaque esse decet Zeugma, quo αἰτιᾶσθαι vel simile quid e καταισχύνειν repetatur supplendum.

V. 251. Sensus est θρασὺς δὲ ἀνήρ, εἰ δυνατός ἐστι καὶ οἷός τε λέγειν. Mecum interpunxit Hermann. Ald. rell. θρασὺς δὲ δυνατὸς, καὶ λ. quam interpunctionem servavit Elmslei. θρασύς τε e Pal. MSS. Stobaei Tit. XLV. p. 302. Gesn. 173. Grot. recepto, et δυνατός cum Musgravio explicans δυνάστης, quod falsum esse ostendit Herm.

V. 257. Ald. Herv. 1. ὅ πόμα δ' ὁπότερον. Brub. ὅ πόμα τ' ὁπότ. Herv. 2. ὅ πόμα τ', ὁπότ. MSS. Stephani ὄνομα δ' ὁπότ quod receperunt Canter. Barn. rell. et sic duo Pariss. apud Brunck. Flor. 1. 2. (Laur.) Vict.

V. 259. Ald. rell. ὅδ' ἦλθ' ἐπὶ τἀντ. Barnes. ὅ δ' ἦλθεν ἐπὶ τἀντ. *quod autem venit in certamen cum Cerere.* Sic etiam Brunck. et Elmsl. Rectius Commel. Musgr. ὁ δ' ἦλθ. Nam post αὕτη μέν nemo non exspectat ὁ δέ de Baccho dici, inquit Herm. Hic ὅ δὲ scripsit i. e. οὗτος δέ. nam in bonis codd. ὁ, si sit pronomen demonstrativum, accentu notari. Ἀντίπαλον non est, ut Barn. vertit *quod in certamen venit*, neque, ut Brunck. *quod aequiparandum est*, sed quod ex altera parte respondet, ut Cic. or. 32. vertit Aristotelis verbum ἀντίστροφον εἶναι. De asyndeto in sq. v. vid. ad Hec. p. 88.

V. 260. Scribe πῶμ'. Vid. ad Hec. 389.

V. 253. Ald. rell. Pal. ὕπνου τε λήθην, quod ut explicari possit, contortius tamen est, et Codd. Pariss. E. G. Florr. 1. 2. Laur. ut coniecit Canter. ὕπνον δὲ Vict. — καθημέραν Ald. rell. Flor. 1. 2. καθ' ἡμέραν Pal. Laur.

V. 264. Hermannus, quum verum non sit, vinum unicum esse malorum remedium, e coniectura dedit δίδωσ', ἵν' οὐκ ἔστ' ἄλλο φάρμακον πόνων. Non magnifica profecto laus, vinum facere, ut homines malorum obliviscantur, ubi nullum aliud eorum sit remedium. Qui autem aliquid laudare volunt, eos veritatem transgredi notum est. et sic infra v. 729. οἴνου δὲ μηκέτ' ὄντος οὐκ ἄλλο τερπνὸν οὐδὲν ἀνθρώποις ἔτι.

V. 266. Porsoni Adv. p. 264. coniecturam διὰ τοῦτον ὥστε non necessariam esse ostendit Elmslei.

V. 267. Ald. Herv. 1. ἐν ἐῤῥάφη. Sed iam Brub. Herv. 2. rell. ἐνεῤῥάφη.

V. 270. δ' post ἐς vel εἰς om. Pal. Herv. 2. Pro νέον Flor. 1. 2. Laur. Pal. Vict. θεόν.

V. 273. ἀγκυκλουμένου Flor. 1. 2. Ingeniose sensum loci aperuit Hermann. quem nimis obscure significavit Euripides. Sic enim Herm. iungit: τόνδε (αἰθέρα, pro τάδε, αἰθέρος μέρος) ἔθηκε Διόνυσον, ὅμηρον ἐκδιδοὺς αὐτόν *partem aetheris in Bacchi formam transmutavit.* nec aliter verba construi possunt, si hic sensus est loci. At imperiti poetae est, ponere verbum, cum quo, qui haec recitari audiat, facilius, quam cum eo, quo proprie pertinet, construat, ut ait Hermann. supra ad v. 130. p. 24. Ita qui hic ἔθηκε τόνδ' ὅμηρον ἐκδιδούς Διόνυσον recitari audiat, τόνδε ὅμηρον potius iungenda esse, quam τόνδε Διόνυσον, credat. Virgulae autem legentibus, non recitari audientibus, ponuntur. Neque vero recte, quid ipso vero Baccho fecerit Iuppiter, memorare supersedit poëta. Quia verba ῥήξας μέρος τι τοῦ χθόν' ἐγκυκλουμένου αἰθέρος ἔθηκε τόνδ' sive legerit, sive recitari audiverit, nihil aliud suspicari potest, nisi voluisse poetam intelligi ἔθηκε τόνδε ἐν τῷ αἰθέρι, in aethere Bacchum abscondidit, atque ita a deorum coetu amovit, ut hoc quasi pignus esset, quo Iuno rixari desineret, si causa odii et rixarum semota esset.

V. 276. Eleganter Pierson. Veris. p. 126. coniecit ῥαφῆναι, ipse tamen non necessariam esse correctionem dicens.

V. 279. καὶ γὰρ βακχ. Brub. Herv. 1. 2. Canter.

V. 283. ἄρσος τε Pal.

V. 285. Scrib. θιγεῖν.

V. 286. Latine male diceretur, *hoc est insania*, Graece non item. Plat. Phaedon. p. 73. D. τοῦτο δ' ἐστὶν ἀνάμνησις. Apol. S. p. 29. A. καίτοι τοῦτο πῶς οὐκ ἀμαθία ἐστὶν - - Phaedr. p. 245. C. τοῦτο πηγὴ καὶ ἀρχὴ γενέσεως, quod Cicero Tusc. I, 23, 53. vertit: *hic fons, hoc principium est movendi.* Cf. Gorg. f. p. 492. C.

V. 287. Flor. 1. 2. Laur. ἐν δελφοῖς ἔτ' αὐτὸν ὄψει κἀπὶ δελφίσι (Laur. δελφίσιν) πέτραις. Originem huius scripturae indicat Pal. qui δελφοῖσιν pro δελφίσιν.

V. 288. in Ald. rell. et post πλάκα et post βάλλοντα commate distinctum est, quod servavit Elmslei. Barnes. post πλάκα comma delevit, δικόρ. πλάκα βάλλοντα iungens, *et bicipitem rupem percutientem.* Sic etiam Musgrav. Contra Brunck. πηδῶντα δικόρυφον πλάκα iungit, et comma post βάλλοντα expungit. At βάλλειν Βακχεῖον κλάδον esset iaculari thyrsum tanquam missile; etsi vero thyrso nonnunquam pro missili utebantur Bacchae, tamen quomodo huic loco convenit, quum nihil esset in Parnasso, quod missili suo peteret? Hermann. post πεύκαισι distinxit, et δικόρυφον πλάκα βάλλοντα accipit de Baccho rupem facibus collustrante. Βάλλειν φλογί legitur Phaeth. fr. 1. at βάλλειν per se non adiecto φλογί vel σέλα vel αἴγλῃ pro *collustrare* quis unquam dixit? Βάλλειν simpliciter pro *collustrare* dicitur etiam id, quod sua natura lucidum est, ut Suppl. 652. λαμπρὰ μὲν ἀκτὶς ἡλίου - - ἔβαλλε γαῖαν. at Baccho quomodo haec natura tribuitur? In edit. Commel. qua a puero usus sum, annotatum a me olim video πάλλοντα. Hoc etiam nunc placet: Euripidem quidem vocabula duo ἰσοδυναμοῦντα saepe iuxta se ponere notum est. Sic infra v. 331. ἀνέμοις καὶ θυέλλαισιν. 486. δοῦπον τοῦδε καὶ βύρσης κτύπου. 554. οὐ λεύσσεις, οὐδ' αὐγάζῃ. Cf. 573. Ceterum cum hoc loco apte Boeckh. de trag. gr. p. 320. comparavit fragm. Hypsipyles ap. Schol. Arist. Ran. 1292. Διόνυσος, ὃς θύρσοισι καὶ νεβρῶν δοραῖς καθαπτὸς ἐν πεύκαισι Παρνασὸν κάτα πηδᾷ χορεύων παρθένοις σὺν Δελφίσιν. Ceterum pro πεύκαισι Pal. πεύκοισι, Flor. 1. πεύκεσι.

V. 289. βάκχιον κλ. Ald. rell. βακχεῖον κλ. Par. E. G. Flor. 1. 2. Laur. Pal. quod recepit Brunck. Βάκχιος,

monente Elmsleio, in trimetris non usurpatur, nisi ubi ipse Bacchus intelligendus est.

V. 290. Pal. *μέγαν τὰν ἑλλάδ'*.

V. 292. Ald. rell. *νοσῆ*. Parr. E. G. Pal. Laur. Vict. *νοσεῖ*, quod recepit Brunck.

V. 295. Ald. rell. *οὐχ ὁ Διόνυσος μὴ σωφρονεῖν ἀναγκ.* Sic etiam Stob. Tit. V. p. 63. Gesn. ubi etiam *ἀναγκάσῃ*. et Tit. LXXIV. p. 439. *μή* om. Par. E. G. Flor. 1. 2. Laur. (qui *οὐ διόνυσος* a pr. m.) Pseudogregor. v. 261. Pal. *οὐχ ὁ διόνυσος μὴ σωφρονεῖν ἀναγκάσει*. Missis variorum de hoc loco hariolationibus nuperrimas excutiam. Et Porson. quidem apud Monk. ad Hipp. 79. legebat: *οὐχ ὁ Διόνυσος ὡς φρονεῖν ἀναγκάσει γυναῖκας εἰς τὴν Κύπριν, ἀλλ' εἰ τῇ φύσει τὸ σωφρονεῖν ἔνεστιν εἰς τὰ πάντ' ἀεί, τοῦτο σκοπεῖν χρή*. Elmslei. *οὐχ ὁ Διόνυσος μὴ φρονεῖν ἀναγκάσῃ γυναῖκας ἐς τὴν Κύπριν*. Hermann. *οὐχ ὁ Διόνυσος μὴ φρονεῖν ἀναγκάσει γυν. εἰς τὴν Κύπριν*. In quibus omnibus ad locutionem *φρονεῖν* vel *μὴ φρονεῖν εἰς τὴν Κύπριν* offendo: *μὴ φρονεῖν* Herm. explicat *intemperantem ad Venerem esse*. At *φρονεῖν* verbum est mediae significationis, *sentire*, cui hanc ipsam ob causam adverbia adduntur, *εὖ φρονεῖν* et *κακῶς φρονεῖν*. Itaque nec *φρονεῖν εἰς τὴν Κύπριν*, nec *μὴ φρονεῖν εἰς τὴν Κύπριν* dici posse puto pro *bene* s. *male sentire quod ad Venerem attinet*, *in rebus venereis temperantem vel intemperantem esse*, sed *εὖ φρονεῖν* vel *κακῶς φρονεῖν*. quamquam nec huius locutionis exemplum habeo. Prorsus vero alienum est, quod Elmsl. affert Phoen. 1128. *ὁ δ' οὐκ ἔλασσον Ἄρεος ἐς μάχην φρονῶν*. hoc enim est *non minus elato et concitato animo ad pugnam, quam Mars, non minus ferox*, ut Heracl. 386. *οὐ σμικρὸν φρονῶν ἐς τὰς Ἀθήνας*, *non minores spiritus gerens contra Athenas*. Ut nunc locus legitur, deleto *μή*, quod metrum respuit, dicere voluisse videtur Euripides: Bacchus in neutram partem vim ullam habet, neque ut pudicae sint mulieres, neque ut impudicae. Si dixisset: *Neque vero efficit Bacchus, ut mulieres libidini indulgeant*, recta oratione respondisset ad Penthei criminationes. Nunc, quum modo potentiam dei laudibus extulerit, alia via rem aggreditur, et dicit: *Neque vero credere oportet, quum*

tanta eius potentia sit, futurum ut mulieres castas esse cogat. Ita quum utrumque ostendi oporteret, alterum elegit, ad quod a laudibus dei aptissimus transitus esset. Qui vero ad Penthei criminationes respondendum esse credebant, et hoc dicendum, impudicitiam mulierum non esse Baccho vitio vertendam, addiderunt *μή*. Ita hunc locum defendi quodammodo posse existimo, quamquam haec non eo disputavi, ut Euripidem eleganter et recte rem gessisse ostenderem, sed ut non omni sensu locum carere.

V. 298. Ald. rell. *τοῦτο σκοπεῖν γὰρ χρή. γὰρ* om. Flor. 1. 2. Laur. Pal. Vict. edd. Cant. Barn. Musgr.

V. 299. Frustra Luzac Exerc. acad. p. 24 sq. legendum coniicit: *καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν νοῦς, ἤν γε σώφρων, οὐ διαφθαρήσεται. Namque et in Bacchi orgiis Mens, recte dum sit, labe non foedabitur.* eamque correctionem loco Suidae v. *Ἀρίστιππος* firmare studet; quem eumdem alia de causa Boeckhius attulit *de trag. gr.* p. 302. Quasi vero, qui poëtae locum ad suas res accomodant, non saepe verba mutare et debeant et soleant! Et locum poetae ita scriptum, ut libri eum exhibent, habent Sext. Empir. Pyrrh. hypom. III, 24, Diog. L. II, 78. Athen. XII. p. 544. E. Stob. Serm. V.

V. 301. *οὔνομα* Pal. Laur. Flor. 1. 2. hic etiam *Πενθέος*.

V. 306. V. D. in *Class. journ.* 1. p. 30. corrigit *οὔτ' ἄνευ του θεῶν νοσεῖς*, laudans Herod. 4, 79. Aesch. Pers. 164. Il. ό, 530. Eur. Phoen. 1634. Iphig. A. 411. Porson. Add. Hec. 1169. Burg. ad Troad. 784. Sensus est: *neque ita insanis, ut non remedium insaniae praevideri possit, nimirum mors tua crudelissima*, ut recte Hermann.

V. 312. *μὴ θύραζε τῶν νόμων οἰκεῖν* paulo insolentior locutio, ducta e similibus *πημάτων ἔξω πόδα ἔχειν* Aesch. Prom. 263. ubi vid. Stanl. Propius etiam accedit Soph. Ai. 639 sq. *οὐκ ἔτι συντρόφοις ὀργαῖς ἔμπεδος, ἀλλ' ἐκτὸς ὁμιλεῖ.*

V. 314. Scribendum cum Hermanno *καὶ μὴ γάρ ἐστιν ὁ θεὸς οὗτος.* Vid. ad v. 223.

V. 316. Ald. rell. ὡς ἔστι Σεμέλης, ἵνα δοκῇ. Si εἶναι recte interpretatus sum ad v. 223. necessario recipienda Tyrwhitti correctio, ὡς ἔστι, Σεμέλη θ' ἵνα δοκ.

V. 317. ἡμῖν παντὶ τῷ γένει vid. ad Med. 585. 981.

V. 318. Ἀκτέωνος Flor. 1. 2. Laur. a correctore.

V. 319. ὡμόσιτοι Ald. Herv. 1. Iam Brub. ὠμοσ.

V. 320. Ald. rell. et codd. διεσπάσαντο κρείσσον' ἐν κυναγίαις. Reisk. διέσπασαν, τὸν κρείσσον' ἐν κυν. Si articulus additur, est, *illum qui gloriatus erat*; sed non minus bene omitti potest, ut κομπάσαντα sit *quia gloriatus erat*. Accedit, quod Graeci libentius dicere videntur *discerpendi* sensu διασπᾶσθαι, quam διασπᾶν. — κυνηγία, an κυναγία dixerint Attici, dubitat Hermann. Hic vulgo legitur ἐν κυνηγίαις.

V. 322. Verba δεῦρό σου στέψω κάρα neque διὰ μέσου posita esse cum Elmsleio, neque cum Hermanno apodosin facere puto. Qui enim enixe hortantur aliquem; membris et incisis uti solent, et oratio comprehensione aliqua vincta in his affectum frangit.

V. 324. Laur. Vict. καὶ βακχεύσεις δ' ἰών. In Musgraviana legitur βακχεύεις, ad quod e Flor. 1. βακχεύσεις, e Flor. 2. nihil enotavit Furia.

V. 326. δ' post τῆς σῆς e coniectura addidi, quod necessaria videbatur particula, quia nunc a Cadmo ad Tiresiam sermonem convertit. Adstipulatur mihi Hermannus. Pro τόνδε Flor. 1. 2. τήνδε, quo firmatur Elmsleii coniectura, sq. v. legentis δίκην, quam recepit Hermann.

V. 328. θάκους τοὺσδ' coniicit Musgr. receperunt Brunck. Elmsl. Hermann. Non videtur opus esse: θάκους τούςδε est *notas illas sedes*. Pal. ἵν' οἰωνοσκοπῇ.

V. 329. Ald. μοχλοῖς τριαίνης. τριαίνου e Scaligeri coniectura Barnes. et sic Pariss. E. G. Laur. Flor. 1. 2. In Vict. adscriptum est τριαίνου, et ad v. 350. ed. Barn. τριαίνης ἄνα, ut haec coniectura Victorii esse videatur.

V. 333. Ald. ἀνὰ π' λιν, cuius omissionis multa exempla ex illa ed. enumerat Elmslei. ἀνὰ πόλιν Brub. Herv. 1. 2. Canter. ἀνάπολιν Barn.

V. 335. Flor. 1. καί νῦν pro καινήν.

V. 340. Ald. rell. *μεμήνας ἤδη, καὶ πρὶν ἐξ.* Musgr. Brunck. *μέμηνας· ἤδη καὶ πρίν.* Aldinam distinctionem revocaverunt Elmsl. Hermann. At quae tandem vis inest in illo, *μέμηνας ἤδη*, sive *iam furis*, sive *nunc furis* interpreteris? *iam* alienum est, *nunc* superfluum, quum hoc per se pateat. Contra vim suam habet particula, si dicas *iam olim de mentis statu deiectus es.* quo tamen nihil languidius fingi posse dicit Hermann.

V. 346. Pal. *γέροντες δ' αἰσχρόν.*

V. 352. *Ὁσία θ'* nescio unde irrepserit pro *Ὁσία δ'*, quod unice verum. Egregie hunc locum explicavit Hermann. cuius disputatione vanae etiam Elmsleii coniecturae *ἃ κατὰ γᾶς χρύσεα σκῆπτρα φέρεις* concidunt.

V. 352. Ald. rell. *χρύσεα πτέρυγα ψ.* *χρυσέαν* etiam Hermann.

V. 354. Pal. Laur. *τὰ δὲ πενθέως.*

V. 356. Laur. *εἰς τὸν Βρ.*

V. 364. Ald. rell. *ἀμφιβάλῃ*, Pal. *ἀμφὶ βάλῃ.* Barnesio debetur *ἀμφιβάλλῃ.*

V. 365. Bekk. anecd. p. 27, 19. *Ἀχάλινα στόματα, τὰ λοίδορα καὶ ἀφειδῆ πρὸς λοιδορίαν.* Cf. Iacobs ad Anal. II, 1. p. 124.

V. 367. Flor. *καὶ τὸ τέλος.*

V. 370. Ald. rell. *ἀσάλευτον μένει.* Copulam addendam monuerunt Heath. et Musgr. addidit Brunck. ex utroque Par. Sic etiam Flor. 1. 2. Laur. Pal. Vict.

V. 371. Hermann. elem. d. m. p. 300. hos etiam versus ad normam Ionicorum a minori describens: *τε μένει, καὶ συνέχει δῶ | μα· πρόσω γάρ, ἀλλ' ὅμως αἰ |, θέρα ναίοντες ὁρῶσιν.* anaclasin esse monet in v. 371. — *-μα πρόσω γάρ, ἀλλ'.* Elmslei. vero, quia apud Stob. Tit. LVIII. p. 374. Gesn. in Trincav. Cod. A. et Voss. legatur *πόῤῥω γὰρ ὁμῶς*, omisso *ἀλλ'* edidit *συνέχει δώματα.* (sic Trinc.) *πύρσω | γὰρ ὁμῶς. πόρσω* legi monet apud Soph. El. 213. legendum etiam pro *πρόσω* Oed. C. 179. Hoc in editione secutus est Hermann. Si in cod. aliquo legeretur *πόρσω*, videretur hoc a poëta, non a librario, profectum. At legitur *πόῤῥω*, quod in Stobaeo quidem voci poëticae *πρόσω* librarium sub-

stituisse nil mirum. nec ex ea scriptura quidquam colligi posse videtur. Similiter elegantiam constructionis πρόσω γάρ, ἀλλ' ὅμως (vid. Soph. Ant. 1105. Trach. 1122 sq. Eur. Phoen. 1459.) oblitterasse videntur librarii. Idcirco a lectione vulgata non ausim recedere, qua servata, versus est choriambicus.

V. 374. Recte Herm. distinctione Aldinae revocata, post φρονεῖν commate interpunxit, et ἐπὶ τούτῳ explicat *hac conditione*.

V. 377. Ald. rell. φέρει, quod, in φέροι mutatum a Brunckio, Hermannus revocavit, nihil esse, cur huiusmodi quidem in sententia ἄν cum indicativo praesentis construi nequeat, se alio loco ostensurum dicens, allato tamen interea loco Homeri Il. ξ', 484. τῷ καί κέ τις εὔχεται ἀνὴρ γνωτὸν ἐνὶ μεγάροισιν ἀρῆς ἀλκτῆρα λιπέσθαι.

V. 378. Elmsl. μαινομένων δ' οἴδε, e Trincav. ed. Stob. μαινομένων δ' οἴτε. δ' alienum esse recte statuit Herm.

V. 379. Ald. ποτὶ τὰν κύπριν. Correxit Canter. Elmslei. coni. ἱκοίμαν ποτὶ τάν τε | νᾶσον τᾶς 'Αφρ. Herm. articulum delevit.

V. 381. ἵν' οἱ Heath. Musgr. Brunck. Elmsl. Herm. Pyrrhichium si in basi non ferendum censebat Herm. (vid. elem. d. m. p. 70.) cur v. 383. (403. Herm.) edidit Πάφον, ἃν ἑκατόστομοι?

V. 383. Hermann. distinctionem post Ἔρωτες, et θ' post Πάφον delevit, quo facto basis e pyrrhichio constat. Neque vero hoc modo difficultates remotae, quae in hoc versu vexarunt interpretes: nihilo enim magis intelligitur, quomodo Nilus (hunc enim Hermann. quoque intelligit) Cyprum vel Paphum *foecundare*, καρπίζειν, dici possit; nam quod Hermann. καρπίζειν interpretatur *ditare*, et opes omnigenas intelligit, quas *trabe Cypria mercator* Paphi congerat, per Nilum cum orientis regionibus commercia exercens, dubito num καρπίζειν usquam alio significatu legatur, nisi proprio, quo *foecundare* valet, et non nisi de fluvio dici potest regionem, quam foecundat, permeante. Legi possit ἱκοίμαν ποτὶ Κύπρον - - Πάφον, τάν θ' ἑκατόστομοι βαρβάρου ποταμοῦ ῥοαὶ καρπίζουσιν ἄνομβρον, ut ἱκοίμαν Κύπρον,

Πάφον sit Homerica illa constructio, de qua egi Gramm. gr. §. 432. et regio; *τάν* (pro *ἄν*) *βαρβ. ποτ. ῥοαὶ καρπίζουσιν* sit ipsa Aegyptus. At non intelligo, cur praeter Cyprum et Pieriam, in Aegyptum etiam pervenire optet.

V. 385. *ἄνομβρον* scripsi pro *ἄνομβροι*, tum quia *ῥοαί ποταμοῦ* dici non posse videbantur *ἄνομβροι*, tum quia Aegyptum intelligi credebam; quae vere est *ἄνομβρος*.

V. 386. Ald. rell. *ὅπου καλλ.* distinctione maxima post *ἄνομβροι* posita, commate autem post *Ὀλύμπου*, v. 388. Barnes. *ἢ ὅπου* dedit, quod ita probat Musgr. ut *χώπου* quoque legi posse dicat. Hoc cum Brunckio recepi, non ob metrum: nam in basi iambo quoque locum esse scio, etsi respondeat spondeus; sed quia parum aptum iudicabam asyndeton *ὅπου Πιερία ἕδρα, ἐκεῖσ' ἄγε με*, quod aptissimum esse censerem, si antistropha ab hoc versu inciperet, vel alia chori persona loqui aggrederetur. Itaque iungebam *ἱκοίμαν ποτὶ Κύπρον, Πάφον τε, χώπου κ. τ. λ.* quibus, distinctione maxima post *Ὀλύμπου* collocata, cum vi subiungeretur *ἐκεῖσ' ἄγε με.* ab his verbis autem novam sententiam inchoari suspicabar etiam propter anaphoram, *ἐκεῖ χάριτες, ἐκεῖ δὲ πόθος· ἐκεῖ δὲ Βάκχ.* Cum vi autem et altiore spiritu illa subiungi metrum etiam indicat, brevibus syllabis totum decurrens; quae vis frangitur, si verba pro apodosi ad praecedentia referuntur. Ceterum Pal. *ὅπου δ' ἁ καλλ.*

V. 387. Pal. *πιερεία.* *Πιερία* e Musgr. coniectura recepit Brunck. *μούσιος* pro *μούσειος*. Flor. 1.

V. 388. Ald. Brub. Herv. 1. 2. Flor. 2. Vict. *κλειτύς*. Flor. 1. *κλειτούς*. *κλιτύς* Canter.

V. 392. Flor. 1. 2. *βάκχεσι*.

V. 393. *παῖς* consuetudini Atticorum repugnat; *παῖς* metro, nisi in stropha *τάν* deleas.

V. 397. Pal. Laur. a pr. m. *ἴσα δ' εἰς τὲ τὰν ὄλβ.* *ἴσα* recepit Herm.

V. 398. Seidler. ad Eur. Troad. 263. scribit *τόν τε χείρον' ἔδωκ' ἔχειν.*

V. 403. *σοφὸν δ'* Ald. rell. *σοφὰν δ'* Flor. 1. 2. Laur.

Pal. Vict. Pro ἀπέχειν Herm. elem. d. m. p. 547. et in edit. ἄπεχε ob metrum, quod item dedit Elmslei. Sed nondum occurrit locus, ubi chorus non certam personam alloquens, sed in universum, quid faciendum esset, praecipiens, imperativo uteretur. Si locus sanus est, pro tribracho basin sequitur anapaestus, ut Orest. 802. εὐτροχώτατα θοινάματα καί. hac forma: ⏑– | ⏑⏕ / –– / ⏑⏑– | ⏕⏑⏑⏕

Alioqui in vulgata quoque commodus sensus inest, si παρά eo sensu accipi licet, quo πρός saepe dicitur, πρὸς περισσῶν φωτῶν ἐστι, abstinere ab illis voluptatibus, ἀπέχεσθαι σοφῶς: pro eo ἀπέχειν πραπίδα φροντίδα τε σοφάν. Sed eius usus nullum exemplum habeo, quamquam ita *potuisse* dici non diffiteor. Ita tenendum est, hoc παρὰ περισσῶν φωτῶν, significare, *est aliquid quod a nimium sapientibus proficiscatur*, et praecipiatur, σοφῶς ἀπέχεσθαι τοῦ εὐαίωνα διαζῆν. Hermann. σοφὰν πραπίδα φρένα τε περισσῶν παρὰ φωτῶν iungit, *sapientiam (severam sobrietatem) a nimium doctis hominibus et qui supra vulgus sapiant profectum (commendatam)* quo sensu nescio an ne in prosa quidem ita dici possit pro τὰν περισσῶν παρὰ φωτῶν. Dicas Euripidem animo iam praesensisse partes, in quas adolescentes in Academiis nostris litterarum studiosi diversi discedunt; quorum alteri, πλῆθος τὸ φαυλότερον, id sibi propositum habent, κατὰ φάος νύκτας τε φίλας εὐαίωνας διαζῆν, alteri ad severiorem normam vitam dirigunt; qui alio etiam sensu περισσοί dici possunt, *superflui*; quippe amoventur, et abire iubentur.

V. 405. ὅτι τε φαυλότερον Ald. rell. ὅτι περ φαυλ. Pal. et a pr. m. Laur. Brunckio, ὅ-τι τὸ φαυλ. scribenti, obsecutus sum, probante Hermanno. Mox ἐνόμισσε Canter. rell. inepte. λεγοίμαν Herm. i. e. τόδε τοι τοι λεγοίμην νομίζειν χρῆσθαι τε. in quo particulam ἄν requiro. Quidni iungas: τόδε τοι νομίζειν χρῆσθαί τε λέγοιμ᾽ ἄν i. e. παραινοῖμ᾽ ἄν.

V. 408. Ald. Brub. Herv. 1. ἄκραν θ᾽. Litteras male divisas coniunxit Herv. 2.

V. 413. εὐπρεπές Ald. rell. εὐτρεπές est ex emendatione Canteri. In verbo medio haeret Elmsleius: „Mus-

gravius interpretatur *meam operam facilem reddens.* Imo *facilem sibi reddens*, id est, *placide et patienter ferens.*" Quae contorta est explicatio, in ambiguitate vocis Latinae posita. εὐτρεπὲς ποιούμενος nihil aliud est nisi εὐτρεπίζων, ut Iph. T. 234 sq. χέρνιβας δὲ καὶ κατάργματα οὐκ ἂν φθάνοις ἂν εὐτρεπῆ ποιουμένη. Hic autem vis medii in eo cernitur, quod id, quod famuli munus erat, ad ipsum τὸν ποιοῦντα pertinebat; itaque τοὐμὸν εὐτρεπὲς ποιούμενος est munus mihi mandatum, quod ad ipsum comprehendendum pertinebat, parans et expeditum reddens, omni mora remota.

V. 415. Ald. rell. ἐγώ σε. MSS. Steph. ἄγω σε, ut duo Pariss. Flor. 1. 2. Laur. Vict. unde Canter. vestigiis alterius scripturae servatis ἄγω σε. — ἔπεμψεν Ald. rell. ἔπεμψ', ut Scaliger correxit, Pariss. Flor. Laur.

V. 420. αὐτοῖς Ald. rell. αὐταῖς Barn. Pal. Laur. Flor. 1. 2.

V. 421. κληῖδες Flor. 1. 2. Vict. κληῖδ' ἔστ' ἀνῆκαν. Laur.

V. 422. ὅδ' ἀνὴρ vulgo. θαυμασίων Ald. rell. θαυμάτων Par. E. G. Flor. 1. 2. Pal. Laur.

V. 424. Pro λάζυσθε Pariss. E. G. Flor. 1. 2. Pal. (supra scr. λάζυσθε) Laur. μαίνεσθε. Vict. μαίνεσθαι. Hinc μέθεσθε Burges. quod recepit Hermann. Hanc emendationem sequentia flagitant. In Par. G. Laur. Vict. supra τοῦδ' scriptum ἐμοῦ.

V. 428. γάρ σοῦ Ald. rell. γάρ σου Pal. Ad οὐ πάλης ὕπο neque τραφείς supplendum censeo cum Elmsleio, neque cum Porsono οὐ πάλης per hyphen iungenda, ut sint pro ὑπ' ἀγυμνασίας. Gravior enim irrisio est, si dicas *Capilli tui prolixi sunt, non lucta tales facti*, quam *luctandi insolentia.* Pro πλέως Flor. 1. πλέων, quod haud scio an verum sit. Capillus enim quomodo πόθου πλέως commode dici posit, non intelligo.

V. 430. λευκὴν τε scribendum puto cum Elmsleio: haec duo enim πλόκαμός σου ταναός, et λευκὴν χροιὰν ἔχεις ad idem genus spectant, τὴν εὐμορφίαν, nec seiungi et inter se opponi possunt. χροάν Herv. 2.

V. 435. Recte notam interrogandi delet Elmslei. ut omissa illa est Andr. 555.

V. 439. εἰςέβησ' recte Abresch. Misc. obs. T. IX. p. 436. pro εὐσέβησ'.

V. 441. Ald. rell. οὐκ, ἀλλ' ὅς Σεμέλης ἐνθάδ' ἔζευξεν γάμοις. MSS. Steph. (vid. ad v. 216.) Σεμέλην. unde Canter. Nov. Lect. VI, 3. fecit Οὐκ, ἀλλὰ Σεμέλην ἐνθάδ' ἔζευξεν γάμοις, quod recepit Elmsleius; male: sic enim non respondetur ad id, quod quaesitum erat, ut monet Herm. Laur. ὃ habet pro ὅς, Pariss. ὁ. unde optime locum emendavit Musgrav. οὐκ, ἀλλ' ὁ Σεμέλην ἐνθάδε ζεύξας γάμοις. Sed, quum libri, quorum certa fides sit, omnes Σεμέλης, et unus codex γάμους habeat (is est Par. G. de quo Brunck. In G. quid librarius voluerit, liquido affirmare non ausim: incertum γάμους ne, an γάμοις.) Hermann. edidit: οὐκ, ἀλλ' ὁ Σεμέλης ἐνθάδε ζεύξας γάμους. Mihi vero nondum locus occurrit, in quo ζευγνύναι γάμους τινός diceretur; semper et ubique est ζευγνύναι τινὰ γάμοις. Phoen. 1365 sq. ἐπεὶ γάμοις ἔζευξ' Ἀδράστου παῖδα. Ion. 10. οὗ παῖδ' Ἐρεχθέως Φοῖβος ἔζευξεν γάμοις βίᾳ Κρέουσαν. ib. 899. ἵνα με λέχεσι μέλεα μελέοις ἐζεύξω τὰν δύστανον. vel ζεύγνυσθαι γάμοις τινός Soph. Oed. T. 825. ἢ γάμοις με δεῖ μητρὸς ζυγῆναι. et sine genitivo Phoen. 337. γάμοισι ζυγέντα. cf. Ion. 949. Iph. A. 896. El. 99. vel ζευγνύναι τινα, omisso γάμοις Iphig. A. 688. ταύτην δὲ θνητῶν, ἢ θεῶν, ἔζευξέ τις; unde Troad. 678. τὸ παρθένειον ἐζεύξω λέχος i. e. παρθένον με ἐζεύξω. Itaque ὁ Σεμέλης ζεύξας γάμους ne Graecum quidem esse videtur, et legendum vel quod Musgrav. coniecit vel ἀλλ' ὁ Σεμέλης ἐνθάδε ζευχθεὶς γάμοις. De confusis -εν et -ας clausulis vid. Bast. ad Greg. p. 143. Cf. comm. palaeogr. p. 759. 761 sq.

V. 442. σ' om. Flor. 1. 2. Laur. ἢ κατ' ὄμματ' ἦν. Ald. κατ' ὄμμ' MS. Steph. Par. E. G. Flor. 1. 2. ἠνάγκασε recte explicat Herm.

V. 443. Pal. ὁρῶν ῥῶντα.

V. 446. τίνα Laur. quod verum esse monstrat locus Clem. Alex. Strom. IV. p. 637, 27. ab Emsleio adscriptus ad v. 470. κἂν πολυπραγμονῇ τις, ὁποῖα εἴη,

αὖτις ἀκουσάτω, *Οὐ θέμις ἀκοῦσαί σ᾽· ἔστιν δ᾽ ἄξι᾽ εἰδέναι*. Per se quidem rem si spectes, nec *τινά* absurdum est; neque enim verum est, quod Herm. dicit, nimis incredibile esse, celebrari a quoquam, quae inutilia viderentur: nam multi multa faciunt, non quo utilia ea esse putent, sed quod ita lubet, vino, Veneri, somno indulgere. Sic nos quoque saepius interrogamur ab hominibus litterarum Graecarum expertibus, *ecquam* utilitatem illa studia habeant, ad quod non tantum responderi volunt, habere illa utilitatem, sed etiam quaenam ea sit. Ita in quaestione Ecquam utilitatem res habeat, contineri intelligitur illam etiam Quam utilitatem habeat.

V. 448. *θέλων* Ald. Herv. 1. et MSS. *θέλω* Brub. Herv. 2. rell. et sic Vict.

V. 449. Pal. Laur. *ἀσκοῦνθ᾽ ὄργι᾽*.

V. 450. Ald. rell. *τὸν θεὸν γὰρ ὁρᾶν σὺ φῂς σαφῶς ποῖός τις ἦ*; *σύ* om. Par. E. G. (v. Brunck.) Flor. 1. 2. Laur. Pal. in quo a correctore supra scriptum est *σύ*. Hinc Musgr. *τὸν θεόν, ὁρᾶν γὰρ φῂς σαφῶς, ποῖός τις ἦν*, ut oratio sit *ἀνταπόδοτος*. Hoc quidem male, quum attractionem esse dicere deberet pro *ὁ θεὸς ποῖός τις ἦν*. Sed emendationem illam probans aptiorem sensum ei tribuit Herm. *dicis igitur te deum coram vidisse, qualis esset?* Pro *ποῖός τις ἦ* (Barn. *ᾖ*) duo Pariss. Flor. 1. 2. Laur. *ποῖός τις ὤν*. E Victor. annotatum ad v. 477. Barn. *ὢν φῄς*. quod ortum fortasse e diversa scriptura *ὁρᾶν* (superscr. *ὢν*).

V. 452. Ald. rell. *ταῦτ᾽ οὖν*. Par. uterque, Flor. 1. 2. Pal. Laur. *τοῦτ᾽ αὖ*, ut scribere volenti Musgravio operae non paruerunt. Praeterea Flor. 1. *παρωχετεύσαντος εὖ*.

V. 453. Stobaeus Tit. IV. p. 53. Gesn. 29. Grot. *οὐκ εὖ λέγειν*. Vulgatam recte explicat Herm.

V. 457. Ald. Brub. Herv. 1. *οἱ νόμοι τε διαφ*. Herv. 2. rell. *οἱ νόμοι δὲ διάφ*. et sic Flor. 1. 2. Laur. Vict. *οἱ λόγοι δὲ διαφ*. Par. E.

V. 462. *δέ* pro *σε* Flor. 1.

V. 463. Ald. rell. *σὲ δ᾽ ἀμαθίας, ἀσεβοῦντ᾽ εἰς τὸν*

θεόν. Barnes. edidit, *σὲ δὲ τῆς ἀμαθίας τὸν ἀσεβοῦντ' εἰς τὸν θεόν*. Valck. ad Phoen. p. 449. *σὲ δ' ἀμαθίας γε δυςσεβοῦντ' εἰς τὸν θεόν*, vel potius, inquit, cum Io. Piersono: *σὲ δ' ἀμαθίας οὐκ εὐσεβοῦντ' εἰς τὸν θεόν*. Pariss. E. G. Flor. 1. 2. Vict. Laur. *σε δ' ἀμαθίας γε κἀσεβοῦντ', εἰς τὸν θεόν*, quod recepit Musgr. Mihi quidem *καί* in *κἀσεβοῦντα* molestum est. An mutatam structuram esse dicas pro *σὲ δ' ἀμαθίας γε καὶ ἀσεβείας εἰς τὸν θεόν*? Sed nulla alia in re, nisi *ἐν τῷ ἀσεβεῖν*, posita est *ἀμαθία*. Elmslei. coni. *σὲ δ' ἀμαθίας γ', οὐκ εὐσεβοῦντ' εἰς τὸν θεόν*. Porson. apud Kidd. p. 225. *σὲ δ' ἀμαθίας γε τὸν ἀσεβοῦντ' εἰς τὸν θεόν*. Utrumvis probandum videtur.

V. 465. *τί με τὸ δεινὸν ἐργάσει*, i. e. *τί τὸ δεινόν ἐστιν, ὅ μ' ἐργάσει*, secundum ea, quae attuli Gramm. gr. §. 469. Exemplis multis allatis Dobraeus ad Arist. Lysistr. 366. (apud Elmsl.) et Blomfield. ad Aesch. Agam. 263. non effecerunt, ut eos hanc structuram intellexisse credam, quippe corrigentes illa in Herc. f. 151. *τί δὴ τὸ σεμνὸν σῷ κατείργασται πόσει*. Ad idem genus spectant ea, quae commemoravi ad Hec. 497. Ph. 277.

V. 471. *λύσει μ' ὁ δαίμων* Ald. rell. Vitium ed. Commel. *λύσει με δ.* in Musgrav. Brunck. Schaef. et meam irrepsit negligentia editorum.

V. 472. Recte mihi videtur Reiskius notam interrogandi huic versui addidisse, quo facto apertior fit irrisio. Nec obstat *γε*, ut opinatur Elmslei.

V. 475. *αὐτὸν* Elmsl. Herm. pro *αὐτός*. Recte.

V. 476. Pal. *καταφρονεῖ μου καὶ θήβης ὅδε*. *καταφρονεῖν* cum accusativo iunctum alibi non inveni, sed tuentur illud verba eiusdem significationis eodem modo structa *ὑπερφρονεῖν*, *ὑπερορᾶν τινός* et *τινά*. *καταλογεῖν τι* Herod. I, 144. Vid. Gramm. gr. §. 376. not. 3.

V. 478. *δεῖν σε* Herv. 2. et hinc Canter. Barn. Musgrav. Aldinam scripturam tuentur Pariss. E. G. Flor. 1. 2. Vict. et revocavit Brunck.

V. 479. Ald. rell. *οὐκ οἶσθ' ὅτι ζῇς, οὐδ' ὁρᾷς, οὐθ' ὅστις εἶ. ὅ τι ζῇς* Musgr. *οὐδ' ὃ δρᾷς* Reisk. Elmslei. legendum suspicatur: *οὐκ οἶσθ' ὅπου ζῇς* (coll. v. 312.)

οὐδ' ὁρᾷς ἔϑ' ὅςτις εἶ. Hermann. nihil nisi οὐδ' pro οὔϑ' scripsit, interpunctionibus deletis, hoc sensu: *nescis te vivere et non videre ne qui sis quidem*, h. e. *vivis, et tamen ne illud quidem, qui sis, vides.* In quo mihi illud ὅτι ζῇς (i. e. οὐκ οἶσϑ' ὅτι, καίπερ ζῶν, οὐχ ὁρᾷς) plane superfluum videtur: nam qui dicit *vivis et tamen non vides*, significat eum, qui vivat, necessario, qui sit, videre; quod minime verum est. Alia ratio est loci Sophoclis Oed. T. 413. σὺ καὶ δεδορκὼς, οὐ βλέπεις, ἵν' εἶ κακοῦ. qui nec ad Elmsleii coniecturam firmandam adhiberi potest. Tum duplex οὐδέ in hoc vicinia ferri vix potest, οὐδ' ὁρᾷς οὐδ' ὅςτις εἶ pro οὐδ' ὁρᾷς ὅςτις εἶ. Ego verissimam puto Reiskii correctionem. De ὅ τι ζῇς (sic Vict.) non pugno; sed ὅ τι pro nominativo accipio: *nescis quid sis*, nimirum victima dei vindictae destinata. Quid intersit inter τί ἐστι et τίς ἐστι, indicavi ad Iphig. A. 945.

V. 481. Hos verborum lusus a quibus ne Sophocles quidem abstinuit, recte frigidos vocat Elmslei., magis etiam eo nomine dignos, si ad mythologiam explicandam exhibentur.

V. 486. κτύπους Pal. quod recepit Herm. quod variare constructionem ament tragici, optimum illum codicem vocans.

V. 487. πάσας Flor. 1. 2. Vict.

V. 488. οὔτοι χρεὼν citat Porson. ad Eur. Hec. 286. pro οὔτι χρ.

V. 491. Perverse Sluiter lect. Andoc. p. 261. sic interpungi vult, ἡμᾶς γάρ; ἀδικῶν κεῖνον, εἰς δεσμοὺς ἄγει, ut sensus sit ἡμᾶς γὰρ εἰς δεσμοὺς ἄγων ἐκεῖνον ἀδικεῖς.

V. 492. Lacunae notas ante hunc versum, quas primus addidit Musgrav. quum deesse versum monuisset Canter., rursus delevit Hermann. et contra v. 506. eiecit. Vid. ad eum v.

V. 494. παγαῖσιν Vict.

V. 495. Ald. Brub. Herv. 1. 2. Cant. ὅ, τε. Barn. ὅτε, et sic Florr. Vict.

V. 497. Ald. rell. ἴϑ' ὦ διϑύραμβ'. Herm. elem. d. m. p. 500. ἴϑι Διϑύραμβ'.

V. 499. ἀναφαίνω Herm. l. c. ἀναφ. σε ὀνομάζειν τόδε pro οὕτως, quia dicitur ὀνομάζειν τινὰ ὄνομα. Poterat etiam Θήβας dicere, sed duas constructiones commiscuit, ἀναφανῶ σε Θήβαις et ποιήσω Θήβας σε τόδ' ὀνομάζειν.

V. 500. ὦ πότνια Δίρκα coni. Elmslei.

V. 504. Pal. ἔτι ναὶ τάν. (η)

V. 506. In Laur. adscriptum περισσόν. Quo argumento fretus Herm. versum omisit, etiam quia additus languidam reddat sententiam inutili tautologia. Haec quidem an recte tautologia dici possit, quum, quod universe dictum erat, accuratius deinde describitur, οἵαν οἵαν ὀργὰν ἀναφαίνει Πενθεύς, - - ὅς με βρόχοισι τάχα ξυνάψει, dubito. Contra hoc ubique fere fit, ut quod singulis rebus commemorandis describere volunt, id sententia universe pronunciata quasi praeparetur. Illam vero notam optimis versibus adscriptam a Grammaticis vel librariis, nihil nisi aequalem versuum strophae et antistrophae numerum spectantibus, saepius iam vidimus, nec ea, quid in aliis codicibus legatur, sed *iudicium* sive Grammatici sive librarii indicat: hoc vero iudicium non satis idoneam causam affert, cur versum expungamus.

V. 512. Herm. in elem. d. m. p. 500. — σιν, ἔμ' ὃς βρόχοισι τὰν τοῦ, Elmslei. σιν ἐμὲ μὲν βρ. τὰν τοῦ, ὅς nonnunquam male addi a librariis demonstrans loco Soph. Oed. T. 1213. Herm. nunc edidit: — σιν· ὅ μ' ἐν βρ. ὅ pro ὅς in choris ex Elmsleii nota ad v. 468. probans. Hoc quidem uno Hippolyti loco v. 525. (ubi vid. not.) non efficitur.

V. 513. τάχει συνάψει Ald. rell. τάχα Pariss. ap. Brunck. Pal. Laur. Vict. unde sic edidit Brunck. et ξυνάψει.

V. 514. Herm. τὸν ἐμὸν δ' ἐντὸς, quam scripturam confirmat Pal.

V. 515. Herm. σκοτίαισι κρυπτὸν εἱρκταῖς.

V. 517. σὰς προφήτας Ald. rell. σοὺς πρ. Pariss. duo apud Brunck. Flor. 1. 2. Laur. Vict.

V. 519. Ut apud Soph. Oed. T. 189. Ant. 530. εὐῶπα

est accusativus, sic h. l. χρυσῶπα, ut monuit Elmsl. quod recte Herm. cum θύρσον, ob flores crocei coloris ita vocatum, coniungit. Insolentem tmesin Elmslei. τινάσσων ἀνά vocat. Hinc Herm. τινάσσων, ἄνα, θύρσον. aliter suas sedes permutare debere μόλε et ἄνα.

V. 520. φονίου δ' ἀνδρός Ald. rell. φονίου τ' ἀνδρός Brunck. e Par. E. Ut dicitur, ἐλθὲ καὶ βοήθησον, (vel ἐλθὼν βοήθησον) non ἐλθὲ, βοήθησον δέ, sic h. l. μόλε, φονίου τ' ἀνδρὸς ὕβριν κατάσχες dictum oportuit, quia haec non opposita sunt, sed coniuncta.

V. 521. Ald. rell. Νύσσης. Flor. 1. 2. Pal. Laur. Vict. νύσης. Elmslei. Νύσας, quem Dorismum tragicos admisisse docendum erat. Pal. ἄρα τᾶς θηροτρ. quod receperunt Elmsl. et Herm.

V. 522 sqq. Musgravii infelicem coniecturam θυρσοφόρους θιασοῖς, thyrsogeros congregas recepit Brunck. θυρσοφορεῖν θιάσους e notissima tragicorum in melicis consuetudine est thyrsum gerendo coetus concitare. Duo Pariss. θυρσοφοραῖσιν, Florr. etiam θηροτρόφον θυρσο- ει φοραῖσιν. Laur. Vict. θυρσοφοραῖσιν θ.

V. 524. Causa idonea non erat, cur πολυδένδρεσσιν (Pal. πολυδένδραισιν, Laur. Flor. 1. etiam Brub. πολυδένδρεσιν) mutarem. Videtur enim ex eodem genere metaplasmi esse, ex quo est δονακόχλοα Iph. T. 389. ubi vid. not. imprimis quum frequentarentur δένδρεα, δένδρεσι. Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 658. Praeterea Ald. Brub. Herv. 1. 2. Cant. Musgr. ἐν ταῖς – θαλάμοις, Pal. ἐν ταῖσι θαλάμοις. Barnes. ἐν ταῖς – θαλάμοις. Brunck. ἐν τοῖς – θαλάμοις.

V. 526. Ald. rell. utrobique σύναγε, Paris. alter Flor. 1. 2. Vict. σύναγεν.

V. 527. Herm. Elmsl. μάκαρ ὦ Π. Sic Iph. T. 632. τύχας μάκαρος. Hel. 375. ὦ μάκαρ – παρθένε.

V. 530. τε post εἱλισσομένας iam Heath. deleri iussit, deleverunt Brunck. Elmsl. Herm.

V. 531. τᾶς Herm. et sensus et metri causa delevit. De Lydia fluvio vid. Elmslei.

V. 535. ἰὼ extra versum positum esse monet Elmslei. et separatim posuit Herm. Idem vidit antistrophica

esse, quae dicat Bacchus, nisi quod stropha praemissum habeat ἰώ. Chori canticum inter quinque chori personas distribuit, ut versus 537. sq. habeat Χο. ἡ ά, vv. 541—546. ἡ β'; v. 547. (choro tributum) ἡ γ', vv. 548—551. ἡ δ'. vv. 554—559. ἡ ε'.

V. 536. ὦ Βάκχαι, ἰὼ Βάκχαι Elmslei. ut Hel. 1462. quia videatur Eurip. eosdem fere numeros huic versui et superiori tribuere voluisse. Sic etiam Hermann. ob versum antistrophicum 540.

V. 537. Herm. post πόθεν inseruit ὅδ' ut unus versus esset trochaicus tetrameter catalecticus, qui praeludat scenae sequenti, trochaico metro scriptae. Pro Εὐΐου Flor. 1. 2. εὐίον (sic).

V. 539. ἰώ semel Ald. bis Pariss. Flor. 1. 2. Pal. Laur.

V. 542. μόλε νυν Elmsl. Herm.

V. 543. Ald. Brub. Herv. 1. Βρόμιε, πέδον χθονὸς ἔνοσι πότνια. Prima Herv. 2. plene post Βρόμιε interpungit. Post Canterus scripsit πέδων, quod servavit Barnes. qui exclamationem esse ob subitum terrae motum monet. πέδων contra sermonis graeci consuetudinem editum esse iam Lobeck. ad Ai. 459. monuit. Musgrav. ἔνοσι tertiam dicit personam verbi ἔνομι, quasi dicas δίδομι, δίδοσι. Hinc sic edidit πέδον χθονὸς ἔνοσι, πότνια, *solum contremiscit.* πότνια esse exclamationem, ut πότνια Iphig. T. 519. Brunck. edidit - - Βρόμιε. πέδον, ὦ Χθὼν, ἔνοθι, πότνια, *Veneranda Tellus, solum concutito.* in quo ἔνοθι ridet Buttmann. Lexic. p. 271. not. E Codd. nihil annotatum, nisi quod Laur. habet ἐνοσιπότνια. In his angustiis exclamationem hic esse cum Barnesio statui, quod idem statuere video Elmsleium, qui, Terrae concussionem, inquit, ut aliquod numen alloquitur chorus, et Buttmannum loco cit. Proprie ita dicendum erat πέδου χθονὸς ἔνοσι πότνια, (quod ipsum edidit Elmsleius, quamvis huius vocabuli non nisi formae πέδον in nom. et acc. et dat. πέδῳ legantur.) sed gravi animi motu correptum chorum haec duo, tanquam inter se diversa, duobus vocativis per ἓν διὰ δυοῖν alloqui credebam, *O terrae solum, o divina* s. a deo *affecta, concussio.* Non multo

diversum est, quod Soph. Oed. C. 1471. tonitru audito chorum exclamantem facit: ὦ αἰθὴρ, ὦ Ζεῦ. In hanc vero lectionem ita invehitur Hermann. quasi ego eam coniectura invenissem, ac non potius, quod in Codd. et edd. repereram, servassem, distinctione tantum mutata, ut sensum qualemcunque efficerem, quem in vulgata nullum videbam. Recte an secus ita locutus esset Euripides, aut sanusne locus esset an corruptus, in annotatione diiudicandum erat. Facile autem credo Hermanno, veteres non fecisse, quos in scenam inducerent, tam inconcinna oratione, quae alienissima sit a tragoediae dignitate, utentes; etsi non memini novitium tragoediarum scriptorem, qui concussionem terrae alloquentem induxerit. et vellem Codex aliquis meliorem lectionem subministraret, vel ipsa antiqua lectio ab aliquo commodius explicaretur, modo ne Hermanni coniectura sensui satisfacere credatur. Is enim comma pos Βρόμιε revocavit, et ad Bacchum retulit ἔνοσι πότνιαt ita ut accusativus πέδον χθονός a verbo ἔνοσι penderet, hoc sensu, ὦ Βρόμιε, ὁ πέδον χθονὸς κινῶν. Adiectiva quidem a verbis activis derivata, cum casu verborum construi, novi: vid. Gramm. gr. §. 416. eamque figuram ibi tantum admitti, ubi nomen, quod accusativum regit, adiunctum sibi habeat verbum auxiliare eiusve participium, sive illud positum sit, sive intelligi debeat, Hermann. monuit ad Soph. Trach. 551. substantiva, quae quidem vere substantiva essent, non memini, nisi unum μάντις Heracl. 65. μάντις δ' ἦσθ' ἄῤ οὐ καλὸς τάδε, in quo tamen notandum, accusativum esse pronominis, neutrius generis, non substantivi. De illis πομπόν με Oed. C. 1019. ἐκεῖνον δημιουργός Ai. 1035. dubitari potest. Ita dum demonstretur ἔνοσις χθόνα pro ἔνοσις χθονὸς Graece dici posse, hanc interpretationem repudiandam censeo.

V. 547. Ald. rell. hunc versum in duos divisum choro sine interpunctione continuant. In Pariss. E. G. verba σέβετέ νιν Baccho tribuuntur, et sic Brunck. Totum versum Baccho tribuendum esse censebat Tyrwhitt. Contra Musgrav. semichorio, quod magis etiam confirmavit Hermann. Is etiam verba ὁ Διόνυσος geminavit, ut hic versus inter duas chori personarum strophas interiectas versui 537. itidem inter duas Bacchi strophas

interiecto, hactenus responderet, quod uterque e trochaeis constaret: nam huic versui syllaba deest.

V. 549. Pal. ἴδετε τὰ λάϊνα ἔμβολα omisso κίοσιν. κίοσιν ἔμβολα dicta sunt pro κιόνων, quia ἐμβάλλειν τι τινί dicitur. Elmslei. ἐπιστύλια intelligit. Ego dubito an μοχλοὶ intelligendi sint; ut Phoen. 114. et hi pro foribus, *dissiliunt fores.*

V. 551. Ald. rell. βρόμιος ἀλαλάξεται στέγας ἔσω. Tyrwhitt. ut constaret senarius, coniecit ὁ Βρόμιος ἀλαλ. τὰς στέγας ἔσω. Musgrav. Βρόμιος, ὃς ἀλαλ. στ. ἔσω. quod probant Elmslei. et Herm. Sic 103. Βρόμιος, ὅςτις ἄγει θ. *Bromius est, qui ducit.* quod, ut illo, sic hoc loco, quum vim addat sententiae vim non recipienti, languidum videtur. Pro στέγας Herm. στέγης. Nam in hoc trochaico numero, inquit, si harum rerum aliquem sensum habeo, offensioni fuisset forma Dorica.

V. 552. 3. recte Tyrwh. Baccho tribuendos vidit.

V. 553. Πενθέως Flor. 1. 2.

V. 556. Ald. Herv. 1. Cant. rell. Διὸς βροντᾶς. Herv. 2. Brub. Διὸς βροντά. Flor. 2. Vict. δίου βροντῆς. Pariss. apud Brunck. Flor. 1. Laur. δίου βροντῆς. Pal. δίου βροντᾶς. Musgravii emendationem Διὸς βροντά recepit Brunck. φλόγα δίου βροντᾶς dictum ut δίου πυρὸς φλόγα v. 8. κεραυνοβόλος vocatur Semele.

V. 557. δώματα Ald. rell. et Codd. σώματα Barnes. e schol. Phoen. 641. et sic Etym. M. p. 279., 20. Recte etiam Herm. ex Etym. δίκετε πεδόσε (Etym. παῖδα), δίκετε τρομερὰ σώματα Μαινάδες. Nam, ubi idem verbum repetitur, alio verbo interiecto hoc fieri solet. Vid. Seidler. de vers. dochm. p. 278. Metrum in utrovis ordine constat.

V. 558. Pal. τίθη et τίθει, alterum a prima manu, alterum a correctore.

V. 559. Διόνυσος om. Pal. quem secutus est Herm.

V. 561. Ald. rell. ἤσθηθ' Canter. Barn. Brunck. ἥσθεσθ'. Porson. Praef. Hec. p. L. ᾔσθησθ'. Pal. aut ἥσθησθ' aut ἤσθησθ'. Laur. ἤσθησθ' a prima m. ἥσθηθ' a correctore.

V. 562. Ald. rell. διατινάξαντος δῶμα Πενθέως. ἀλλ'

ἐξανίστατε. Simplicissima, ideoque vero simillima correctio est Musgravii διατινάξαντος τὰ Πενθέως δώματ᾽· ἀλλ᾽ ἀνίστατε, quam Brunck. et Herm. receperunt. Ita scripsisse Euripidem, haud facile concedat Elmslei. quod permirum.

V. 563. Ald. rell. θαρσεῖτε σάρκας, ἐξαμείψ. τρόμον. V. D. in Misc. obss. T. II. p. 321. θαρσεῖτε, σαρκὸς ἐξαμ. τρόμον, quod receptum a Brunckio probat Porson. ad Med. 247. Musgr. θαρσεῖτε, σάρκας ἐξαμείψα τρόμον. Herm. θαρσεῖτε, σάρκας ἐξαμείψασαι τρόμον. Ἐξαμείβειν τρόμον enim quum re idem sit, ac semet obfirmare, recte posse cum accusativo σάρκας construi. Itaque vel σάρκας eo sensu accepit, quo vulgo dicunt omissum esse κατά, *vosmet ipsas obfirmantes quod attinet ad carnes s. ad corpus.* vel aliud agens addidit *semet*, quum vertere vellet *carnes* s. *corpus obfirmantes.* Hoc probabilius, quia *semet obfirmare* hac formula esse deberet ἐξαμείψασθαι τρόμον. Hoc ferrem, si pro σάρκας esset θυμόν. Quum σάρκας additum sit, necessario ἐξαμείβειν τρόμον proprio sensu pro *tremorem expellere* accipiendum est.

V. 566. 7. Ald. Herv. 1. neque post εἰςεπεμπόμην, neque post Πενθέως distinguit. ἡνίκ᾽ εἰςεπεμπόμην Πενθέως, ὡς εἰς - - Herv. 2. Brub. rell. Recte monet Hermann. locutionem εἰςεπεμπόμην Πενθέως pro ἐπεμπόμην εἰς Πενθέως, exemplis firmandam fuisse. Is igitur post εἰςεπεμπόμην interpunxit; ut Πενθέως σκοτεινὰς ἑρκάνας iungerentur; quod nunc ipse quoque praefero. — ὀρκάνας Ald. rell. et Laur. ὁρκάνας edd. recent. inde a Canteriana. et Pal.

V. 568. Ald. rell. Pal. πῶς γάρ; οὔτις μοι φύλαξ ἦν. quod Canter. emendavit: πῶς γὰρ οὔ; τίς μοι φ. ἦν. et sic Par. E. G. Flor. 1. 2. Vict. Laur. nisi quod Pariss. Flor. 2. μου habent pro μοι, Laur. Vict. μου. Pal. τύχας pro τύχοις. Constructionem recte explicavit Elmslei.

V. 569. Ald. rell. ἐλευθερώθης. Primus Brunck. ἠλευθερώθης e Par. E. G. Laur.

V. 572. ταῦτα καὶ καθύβρισ᾽ αὐτόν, ut Heracl. 941. ὃς πολλὰ μὲν τὸν ὄνθ᾽, ὅπου ᾽στὶ νῦν, ἐμὸν παῖδ᾽

ἠξίωσας ἐφυβρίσαι. Si substantivo designaretur res, qua illum illusisset, posuisset dativum. Vid. Gramm. gr. §. 413. not. 3.

V. 573. ἐλπίσιν pro ἐλπίσι Vict.

V. 574. Ald. Herv. 1. ὑμᾶς.

V. 575. Ald. Brub. Herv. 1. 2. Pal. τῷδε (Pal. τῶδε) περιβρόχους ἔβαλε. περὶ βρόχους Canter. ἔβαλλε Barnes. et sic Pariss. E. G. Flor. 1. 2.

V. 577. χείλεσιν ambo Pariss. Flor. 1. 2. pro χείλεσι. Tum πλησιόν γ' ἐγὼ Flor. 1. 2. Vict.

V. 578. Laur. Vict. θᾶσσον.

V. 579. ἀνετίναξ' Ald. Brub. Herv. 1. 2. Cant. et Codd. ἀντετίναξ' Commel. Barn. Musgr.

V. 581. Ald. rell. ἤϊσσ'. Correxit Brunck.

V. 584. ἵεται Ald. rell. Solus Brunck. ἴεται ut Laur. quod quum primam corripiat, ad Arist. Eccles. 346. legi iubet ἴετο. Ipse ad Vesp. 423. recte monet ἵεμαι passivum esse verbi ἵημι. Vid. Elmslei. ad Soph. Oed. T. 1242.

V. 586. φῶς ἐποίησε libri, ἐποίησεν Vict. φάσμ' ἐποίησεν e Iacobsii Anim. in Eurip. p. 109. coniectura recepi.

V. 587. Ald. rell. ἤϊσσε, κἀκ. — αἰθέρ' e Canteri coniectura addidit Barn. Lacunam sic explent Flor. 1. 2. Laur. a corr. Vict. ἤϊσσέν τε κἀκέντει.

V. 588. Ald. πρὸς δὲ τοῖσδ' αὐτῷ. τὰ δ' ἄλλα - - Brub. Herv. 1. 2. πρὸς δὲ τοῖς γ' αὐτῷ. τὰ δ' ἄλλα - - Sic etiam Canter. Barnes. nisi quod punctum post αὐτῷ omiserunt. Musgravius τάδ' ἄλλα, quod Herm. quoque recepit. et sic Vict. τάδ'. in quo notata etiam v. l. αὐτόν. Elmslei. e Scaligeri coniectura edidit τά τ' ἄλλα, puta ut ad δῶμά τ' ἔῤῥηξεν referrentur. Sed τά τ' ἄλλα, καί est *cum reliqua, tum.* Sed quaenam sunt illa reliqua? et nimis prosaica est illa formula.

V. 589. Recte Pal. Laur. δώματ' ἔῤῥ. quod ipse miror, cur non *e coniectura* saltem receperim, quum solum cum lectione in superiorem versum admissa congruat. Vid. ad Hec. p. 88. Sic etiam Porson. apud Kidd. p. 225. Ad συντεθράνωται in Vict. glossa est

συμπέπτωκε; quae eadem est Hesychii. An a Victorio illa addita?

V. 591. παρεῖται om. Flor. 1. 2. Laur.

V. 592. Ald. rell. εἰς μάχην ἐλθεῖν ἐτόλμ'. ἥσυχος δ' ἐκ βάκχας ἄγων. Pro ἐτόλμ' Par. E. G. Flor. 1. 2. Vict. ἐτόλμησεν. sic etiam Laur. a correctore, a pr. m. ἐτόλμησε. Pal. ἐτόλμησ'. Reliqua ut sanarentur, varii varia conati sunt, quorum coniecturas ex Elmsleii annotatione cognoscere licet. Quod ego dedi, proxime ad antiquam scripturam videbatur accedere. Ab ea vero nimium recedit, quod Elmsleius edidit – – ἐτόλμησ'· ἥσυχος δὲ βασιλικῶν (ad Heracl. 7. scripserat ἥσυχος δ' ἐκ βασιλ.) δωμ. ἥκω. ansam tamen dedisse videtur Hermanno, ut ederet ἥσυχος δ' ἐκ Βακχάδων δωμ. ἥ. *ex aedibus furore et perturbatione plenis ad vos exii.* De voce βακχάς vide ad v. 115. Bacchi quidem numen adversariorum etiam eius domus sentiunt, concutiuntur, implentur iis, quae deo sacra sunt, ut apud Aesch. fr. Lyc. apud Longin. 15. ἐνθουσιᾷ δὲ δῶμα, βακχεύει στέγη. Cf. Ovid. Metam. IV, 391 sq. Sed *Bacchica* tamen num talis domus a Bacchi sacris alienissima vocetur, dubito. Neque tamen Βάκχας ἄγων verum esse potest; has enim e publico carcere in montem rediisse fingit Euripides supra v. 416 sq. ut recte monet Elmsleius. Itaque locus nondum persanatus est. Iungerem Βάκχας ὑμᾶς (cf. v. 536.), ἥσυχος Βάκχας δ' ἐγὼ δωμάτων ἥκω πρὸς ὑμᾶς, nisi haec duo nimis a se remota essent.

V. 595. τί ποτ' ἄρ' ἐκ τούτων ἐρεῖ; Ald. rell. ἂν pro ἄρ' e Par. E. recepit Brunck. a quo me inductum esse poenitet.

V. 597. Flor. 1. 2. Vict. εὐοργησία. Hinc Grammat. Bekker. anecd. p. 96, 32. Εὐεργεσία. Εὐριπίδης Βάκχαις.

V. 601. Vulgo οὐδ' ἐστὶν ἀνήρ. Mox Par. E. προσώπιος. De locutione ὀργῇ ὑπόθες ἥσυχον πόδα vid. Hermann.

V. 605. Ald. rell. οὐκ εἶπον; οὐκ ἤκουσας, Pariss. duo, Florr. 1. 2. Vict. ἢ οὐκ ἤκουσας. quod recte receperunt Brunck. et Herm. Nam ἢ facile omitti potu-

erit; cur addiderit librarius, non facile dixeris. λύσει non debebat sollicitari ab Elmsleio.

V. 606. καινοὺς Ald. Cant. Barn. et Codd. κενοὺς Brub. Herv. 1. 2.

V. 609. cum vs. 611. Baccho tribuit Ald. cum rell. Pentheo Pariss. E. G. apud Brunck. Laur. Vict. quod haud dubie verum. Sed ea distinctione violatur στιχομυθία personarum. Itaque Hermann. post v. 608. aliquot versus intercidisse statuit, esse autem eo deductum colloquium, ut Pentheus ipsum illum, qui ab hospite Bacchus perhiberetur, in urbe esse crederet, comprehendique posse speraret. Iam hoc ipsum, quod hospes e vinculis effugerat, incitare poterat Pentheum, ut portas claudi iuberet, ne hospes extra urbem se proriperet, et ad Bacchas in montem confugeret. Repente autem iubet Pentheus, quod iam ab initio constituerat, nunc demum, morae impatiens, eloquitur. Ita uno versu, si quid deest, comprehendi potuisse puto.

Ib. κλῄειν Elmsl. κλύειν Pal. et a prima m. Laur.

V. 610. γὰρ τείχη Brub. Herv. 1. 2. Cant. Barn. Musgr. Primus ex Ald. correxit Brunck. assentientibus Codd.

V. 611. Ald. rell. σοφὸς, σοφὸς εἶ. γ' ante εἶ inseruit Barn. et sic Par. G. Laur. a corr. Vict. Hoc igitur, Codicum auctoritate munitum, servare malui, quam Porsoni Adv. p. 265. coniecturam, e Pseudogregorio v. 1575. ductam, quamvis elegantem, quamque magis etiam confirmavit Elmslei. σοφὸς, σοφὸς σύ, recipere.

V. 614. Pal. ἀγγελλῶν.

V. 618. εὐαυγεῖς ex Hemsterhusii praecepto, quod nunc dubium reddidit Elmsleii disputatio ad h. l. Ad Platonis loca de Legg. XII. q. 952. A. Timaeum p. 58. D. nullam varietatem e Codd. enotavit Bekker.

V. 619. ἥκεις δ' ὁποίαν Ald. rell. et MSS. quam lectionem soloecam appellat Elmslei. duce Porsono ad Phoen. 892. et ad Arist. Eccl. 852. Hermann. etiam ἥκεις δὲ ποίαν. Vid. ad Rhes. 699.

V. 623. θαυμάτων τε κρείσσονα. Vid. Valck. ad Phoen 896.

V. 625. Ald. rell. τἀκεῖθεν. Musgr. τὰ 'κεῖθεν. Brunck. τὰ κεῖθεν.

V. 630. Ald. rell. εἴποις. Par. C. εἴπῃς. Flor. 1. 2. Pal. Laur. εἴπῃς.

V. 631. τὸν ὑποθέντα τέχνας Ald. rell. τὰς e Scaligeri coniectura tacite addidit Barnes. et sic Par. E. Flor. 1. 2. Laur. Vict.

V. 632. Ald. rell. προθήσομεν. Pariss. E. G. Flor. 1. 2. Pal. Laur.

V. 636. Pal. a pr. m. θυάσους, et γυναικίων.

V. 637. Ald. rell. τοῦ δὲ δευτέρου. Correxit Barnes. Elmsl. in Add. coniicit τοῦ δευτέρου μήτηρ δ' Ἀγαυὴ σή.

V. 638. τρίτη Flor. 1. Pal. Laur. Hoc satis indicii esse putavit Herm. ut inde restitueret τρίτη δ' Ἰνὼ τρίτου.

V. 639. σώμασιν παρειμέναι dictum esse debet pro σώματα παρειμ. quum alias dativus passivis additus id significet, quo aliquid efficitur, ut κόπῳ παρεῖται, ὕπνῳ παρειμένος. Nonnunquam tamen dativo id quoque designatur, ad quod proprie referendum erat passivum, (ut in illo Hec. 109. σχεδίας λαίφη προτόνοις ἐπερειδομένας proprie τὰ λαίφη προτόνοις ἐπερείδεσθαι dicenda erant) Orest. 695. καὶ ναῦς γὰρ ἐνταθεῖσα πρὸς βίαν ποδί, ποῦς non est id, quo efficitur τὸ ἐντείνεσθαι τὴν ναῦν, sed id in quo τὸ ἐντείνεσθαι proprie valet: nam proprie ἐντείνεται ποῦς, ut idem dicitur χαλᾶσθαι v. 696. Idem fit in verbis neutris, ut Soph. Oed. T. 25. πόλις φθίνειν dicitur κάλυξιν ἐγκάρποις χθονός, etsi proprie κάλυκες φθίνουσι. Il. β', 148. λήϊον ἠμύει ἀσταχύεσσιν, in quo ἀστάχυες ἠμύουσι. Ita in nostra locutione proprie ταῖς Βάκχαις τὰ σώματα παρεῖται. pro eo αἱ Βάκχαι παρεῖνται τὰ σώματα pro quo dici etiam potuit τοῖς σώμασι. Hermann. scripsit κώμασι παρειμέναι. Κῶμα i. e. ὕπνος, vox epica, qua Pindarus etiam utitur Pyth. I, 21. (12) in tragicis nusquam legitur, κώματα vero ne apud Homerum et Hesiodum quidem, non magis quam ὕπνοι, nisi Troad. 1178. ubi plures noctes cogitantur. Σώμασι confirmatur loco hinc

expresso *X. Π.* 1828. *'Ανεκλίθημεν σώμασι παρειμέναι κ. τ. λ.* An *σώματ' εὖ παρειμέναι?*

V. 641. *πρὸς πέδον* Ald. rell. *πρὸς πέδῳ* uterque Paris. Vict. *πρὸς πέδω* Flor. 1. 2. Pal. Laur.

V. 643. *ῥνωμένας* Elmslei. suo periculo edidit.

V. 644. Ald. Brub. Herv. 1. 2. *ἠρενωμένας*. Stephani coniecturam *ἠῤῥενωμένας* receperunt Canter. Barn. Sed Par. E. G. Flor. 1. 2. Laur. Vict. *ἠρημωμένας*, quod recepit Musgr. Pal. *ἠρεμωμένας*.

V. 648. *θαλερὸν ὕπνον* recte explicat Herm.

V. 650. *παρθένοι τε, κἄζυγες* Ald. rell. *παρθένοι τ' ἔτ' ἄζυγες* Musgr. e Pseudogregorio 1829.

V. 652. Pal. *ὀμμάτων*.

V. 653. Par. E. *ἐλύετο*.

V. 654. Ald. rell. *λιχμῶσαν γένυν*. Pal. *λιχμῶσαν γέναν*. Heath. *λιχμῶσιν γένυν*, quam scripturam receperunt Musgrav. Brunck. Elmsl. Herm. Confirmatur ea Vict. qui *λιχμῶσι γένυν*.

V. 657. Pal. *σπαρτῶν*. Pro *μαζός* Brunck. *μαστός* e coniectura. Recepit Herm. Vid. Elmslei.

V. 659. *μίλακός τ' ἀνθεσφόρους* Ald. et Codd. *ἀνθεσφόρου* Brub. Herv. 1. *ἀντεσφόρου* Herv. 2. Cant. — *σμίλακος* Brunck. Herm. *μίλακος* rursus Elmsl.

V. 660. Flor. 1. *λαβοῦσα ἔπεσεν. λαβοῦσα* etiam Flor. 2. Laur. Anon. *π. σολοικ.* ap. Valck. ad Amm. p. 200. qui etiam *εἰς πέδον* pro *εἰς πέτραν*.

V. 664. Ald. Brub. Herv. 1. 2. *πόματος*. Canter. rell. *πώματος*, et sic Codd.

V. 665. *λικμῶσαι χθ.* Par. E. *διαμῶσαι* (superscr. *λικμῶσαι*) Par. G. Pal.

V. 666. *ἑσμοὺς* Ald. rell. *ἑσμούς* Barnes. Brunck. Hoc vocabulum, ut hoc obiter addam, non cum Hermanno in Wolfii anal. T. II. p. 73. a verbo *ἕζω*, sed ab *ἕω* ea significatione, qua *ἵημι* ex se genuit, ductum puto. *κισσινῶν* Brub. Herv. 2. Canter.

V. 668. Par. E. *τοῦτον* pro *τὸν νῦν*.

V. 671. *κοινῶν λόγων* Ald. rell. *καινῶν λόγων* Par. G. Flor. 1. 2. quod recepit Musgr.

V. 677. Probabilis est Elmsleii suspicio, pro θῶμεν legendum esse vel θώμεθ' vel δῶμεν. Nam θεῖναι χάριν nunquam dicitur, saepius autem θέσθαι, ut Herod. IX, 60. 107. Eur. Hec. 1187 sq. El. 61. Sic etiam κατατίθεσθαι χάριν Herod. VI, 41.

V. 678. Pal. ἐλογίζομεν.

V. 684. Pal. κυρεῖ δ' Ἀγ. unde recte sic ediderunt Elmslei. et Herm.

V. 685. κὰγὼ ξυνεπήδησ' Ald. rell. κἀγὼ 'ξεπήδησ' Pariss. E. G. Flor. 1. 2. Pal. Laur. Vict.

V. 686. Margo Barnesianae ἐκρυπτόμην unde receperunt Brunck. et Hermann. Nam, inquit Herm. si activo usus esset, aoristum, nisi fallor, posuisset. Quomodo genus verbi, quo vel activum est, vel passivum, vel medium, ad tempus constituendum ullam vim habere possit, non assequor. ἐνθ' ἐκρύπτομεν δέμας est, *ubi corpora occultata habebamus*, ut Ion. 1341. et saepius, non *occultaveramus*, ἐκρυπτόμην δέμας, *corpus meum occultatum habebam*.

V. 691. Laur. Vict. σπαραγμῶν.

V. 691. Pal. νεμομέναι. Flor. 1. 2. νεμομίαις.

V. 692. Omnes libri χειρὸς ἀσιδήρου, anapaestum in quarta sede exhibentes. *Elmsl.* Num igitur spondeus est in secunda sede Hec. 562. τέμνει σιδήρῳ πνεύματος διαῤῥοάς, vel Orest. 852. ἢ διὰ σιδήρου πνεῦμ' ἀποῤῥῆξαί με δεῖ etc. Ipse edidit χερὸς ἀσιδήρου.

V. 694. Ald. Brub. Herv. 1. 2. Cant. ἐν χεροῖν δίκα, et sic MSS. sine ι subscripto. Hinc Scaliger δίχα pro δίκα, quod etiam in Vict. notatum e Victorii, puto, coniectura. Sic etiam Muretus ad Catullum p. 827. ed. Ruhnk. monente Porsono Adv. p. 266. Oppugnat hanc emendationem Elmsleius, quia πόρις et δαμάλη idem sit; quod recte negat Hermann. Barnes. ἐν χεροῖν δίκᾳ, Dorismo non offensus, Elmsl. ἐν χεροῖν δίκῃ.

V. 696. Ald. rell. πλευράν. Barnes. πλεῦρ', Schaefer. recte πλεύρ'.

V. 697. Ald. rell. ἄνω καὶ κάτω. τε post ἄνω e Scaligeri et all. coniectura addidit Barn. et sic Flor. 1. 2. Pal. Laur. Vict. Constructio ἢ πλεύρ' ἢ δίχηλον ἔμβασιν

ῥιπτόμενα similis est ei, quam illustravi ad Hec. 84. vel ῥιπτόμενα ad solum πλευρά relatum est, sed verbis ἢ δίχηλον ἔμβασιν a nomine suo divulsum, ut Ion. 700 sq. νῦν δ' ἡ μὲν ἔῤῥει συμφοραῖς, ὁ δ' εὐτυχεῖ, πολιὸν εἰςπεσοῦσα γῆρας. Vid. Lobeck. ad Aiac. p. 294. Heind. ad Plat. Phaedon. §. 98. Alioqui scribi posset: ῥιπτουμένην ἄνω κάτω· κρεμαστὰ δέ.

V. 698. αὐτῆσιν ἐλάταις ἀναπεφ. αἳ. hic olim lectum fuisse, e Schol. Eur. Phoen. 3. suspicatur Valck. ad eum locum.

V. 703. Ald. rell. ἢ σὺ ξυνάψαις. Par. E. G. Fl. 1. 2. Laur. Vict. ἢ σὲ ξυνάψαι. Pal. ἢ σὺ ξυνάψαι. Aldinam lectionem tuetur similis locus Hipp. 1176. καὶ θᾶσσον, ἢ λέγοι τις. In neutro necesse erat ἂν addi, quia in neutro conditio aliqua proposita est. Altera lectio codicum consensu nititur, ut ego quidem, utra lectio verior sit, decernere non audeam.

V. 705. Ald. rell. πεδίων ὑπὸ τάσεις. Una voce scribi ὑποτάσεις iussit Heath. et sic Flor. 1. 2. Pal. Laur. Vict. Ἀσωποῦ pro Αἰσωποῦ primus scripsit Musgrav.

V. 706. Θηβαῖον στάχυν Ald. rell. Θηβαίων Par. E. G. duo Florr. Laur. Vict. Quae lectio si vera est, convellit regulam, ab Hermanno ad v. 1. propositam. Si illa regula vera est, hic legendum Θηβαῖον, et hoc revocavit Hermann.

V. 707. Ald. rell. Τοίας τ' ἐρυθρὰς, αἳ. Brodaeus post Ἐρυθράς addidit θ'. et sic Par. E. G. Flor. 1. 2. Laur. Vict. nisi quod duo ἐρυθρᾶς habent cum Pal. Τοίας δέ Brunck. quod me invito remansit.

V. 711. In hoc versu desinunt duo Codd. Pariss. Flor. 2. Laur. In Flor. duo folia a librario vacua relicta sunt.

V. 714. Emslei. οὐδ' ἔκαιεν, quod recepit Herm. οὐδ' ἔκαιεν, nimirum τοὺς βοστρύχους.

V. 717. Ald. Herv. 1. Flor. τοὺς μὲν γάρ. Brub. Herv. 2. Barnes. τὰς μὲν γάρ. ut legendum monuit Brodaeus. Pal. τᾶς μὲν γάρ. τῶν μὲν γάρ H. Steph. e MSS. Canter. et sic Vict. Ex his lectio Aldina aperte vitiosa est. Itaque inter τάς et τῶν optio relinquitur. τάς re-

spuere oportebat, quippe nulla codicum auctoritate fultum, antequam Palat. codicis scriptura prolata erat. Utram vero illarum lectionum, τάς ne an τῶν, verisimilius sit a librario profectam esse si quaeras, τῶν cur in τάς mutatum sit vix dicas: τάς in τῶν mutandi haec causa esse potuit, quod τὰς μέν, κεῖναι δέ inter se opponi non posse videbantur. Ita plures veritatis notas habet τάς. At τὰς μέν non recte dicitur, sequente κεῖναι δέ, et quae loca affert Erfurdtius in annotatione ad Soph. Oed. T. 264. ed. min. ab Hermanno citata ab hoc quidem loco aliena sunt: nam κεῖνος ibi ad eamdem quidem personam refertur, sed nulla est oppositio. Accommodatius esset illud Or. 35. ἐντεῦθεν ἀγρίᾳ ξυντακεὶς νόσῳ νοσεῖ τλήμων Ὀρέστης· ὁ δὲ πεσὼν ἐν δεμνίοις κεῖται, nisi hic ipse locus dubitationem haberet. Mihi res sic se habere videtur: oppositio in eo posita est, quod eaedem Bacchae primum patientes aliquid, ut ita dicam, deinde agentes commemorantur, οὐχ ἡμάσσοντο, ἐτραυμάτιζον δέ. Ita ipsae sibi pro diversa ratione sua opponuntur. Sed debilis haec etiam est ratio, nisi alia exempla proferantur: non enim satis est demonstrare *potuisse* aliquo modo dici; demonstrandum etiam est ita dixisse veteres, quod non nisi exemplis allatis effici potest. Elmsleius edidit τοῖς, quod nulla nisi H. Stephani auctoritate nititur. — λογχατὸν βέλος Ald. rell. Flor. λογχωτὸν β. Canter. e Steph. emendatione, et sic Pal.

V. 720. γυναῖκας ἄνδρας Pal.

V. 722. Ald. rell. κρήναις ἐπ' αὐταῖς. Bentlei. ad Hor. Carm. III, 25, 13. coni. κρήνας ἐπ' αὐτάς, quam coniecturam confirmat Pal. Nisi dicas αὐταῖς scriptum esse propter sequens αὐταῖς et hinc κρήνας etiam in κρήναις mutatum, vix probabilem eius mutationis caussam afferas: contra quum praecessisset ἐχώρουν, proclivius erat κρήνας ἐπ' αὐτάς scribere. Sed huius versus emendatio a lectione recte in sqq. constituta pendet.

V. 723. Versus ob omissum augmentum memorabilis, cuius rei causam maxime probabilem Reisigium coni. in Aristoph. p. 79. attulisse mihi videri dixi ad Med. 1131. qui tamen, quod, quum dixisset, ita omitti

augmentum, si res magna quaedam et gravis aut admirabilis vel nova etiam narraretur, huc nostrum etiam locum retulit p. 81. equidem nullam in verbo νίψαντο vim agnosco, quae insolita aoristi forma designanda esset. Hermanni copiosam disputationem in Praef. Bacch. quamvis saepius et diligenter lectam, non intelligo, quippe in qua id, quod dixit, addito augmento, quo anapaestus efficiatur, maiorem vim verbo addi, (v. c. p. XXXI. XLI. XLV. XLVIII sqq.) pugnare videatur cum eo, quod ibidem dixit, detracto eo plus dignitatis habere versum, nec minorem gravitatem p. XXXV sq. XXXVII. et anapaestum augmento effectum officere gravitati p. XL sq. (et tamen in hoc ordine προγόνων τε θῆκαι gravior numerus inesse dicitur quam in illo θῆκαί τε προγόνων p. XLI.) Contra p. XLV sq. augmentum, quo anapaestus efficiatur, omitti in verbo, quod non esset voce magnopere erigendum. cf. p. XLVII sqq. quare p. L. hunc versum inter eos refert, ubi nulla vis sit in verbo, ut id ad fortiorem pronunciationem extolli debuerit. — Equidem, quo diutius hanc quaestionem considero, eo minus mihi videtur causa omissi augmenti adhuc allata esse ea, quae omni ex parte satisfaciat, et ad omnia loca accomodari possit. Reisigii quidem rationi et hic versus adversatur, et ex Hermanni certe sententia (p. XXXVII. et ad v. 1126.) v. 1087. Quod vero Hermannus dicit, anapaesto initio versus posito vim orationis augeri, id non cadit in locum Soph. Phil. 543. quem falso haud dubie explicat p. XXI sq. quum eius aperte hic sensus sit: ἐκέλευσα (non ἐκέλευσε) τόνδε τὸν ξυνέμπορον ἐμοὶ φράσαι σε ποῦ κυρῶν εἴης. Si vero augmentum omitti vult in verbo minus forti, quod non sit voce magnopere erigendum, mirum, non plura omissi augmenti exempla reperiri, quum haud dubie multi versus a verbis minus fortibus incipiantur, sed fere non nisi in Oedipo Col. et Bacchabus. Levissima est Seidleri sententia: nam quum augmentum omitti non possit, nisi in temporibus historicis, quae communis lingua augmento signabat, haec vero tempora ibi tantum usurpari possint, ubi aliquid narratur, qui dicit augmentum omitti in narrationibus, nihil aliud dicit, nisi augmentum ibi omitti ubi omitti possit; idquod facile credimus. Itaque licuisse Tragicis augmen-

tum abiicere negare non audeo, et ne ea quidem loca omnia mutare, quae propter omissum augmentum et Elmsleius et Hermannus mutarunt; quando et quibus de causis neglexerint, nondum patefactum esse videtur. Neque vero video, cur, quod v. c. in nominibus propriis et aliis concesserunt, ut metri necessitate coacti sibi aliquid condonarent, idem non in augmento concessum fuisse dicamus, ut augmentum metri causa abiicerent, imprimis quum, eo abiecto, antiquius quiddam sonarent vocabula. Sed Herm. eam disputationem ne ad hunc quidem versum referri se velle declaravit versu corrigendo. Eum cum praecedentibus ita corrigi voluit Porson. apud Kidd. p. 190. *κρήναις τ' ἐπ' αὐταῖς - - αἵματος ἔνιψαν σταγόνα, καὶ παρηΐδων γλώσσῃ δράκοντες ἐξεφαίδρυνον χρόα.* Quae audacissima est medicina. Hermann. aoristum *νίψαντο* tunc demum recte se habiturum dicit, si hoc esset aliquid praecipuum, quo denique finita fuisset ista Baccharum incursio; at multo rectius, si finem factum dicere voluisset poëta, *πάλιν ἐχώρησαν* scripturum fuisse; itaque, quum *νίπτοντο* potius, quam *νίψαντο* dicere debuerit, vel ex hac re apparere, corruptam esse scripturam. Quibus equidem nullo modo concedere possum: nam quum, postquam narravit, recessisse Bacchas et sanguinem sibi abluisse, nihil quod praeterea factum sit, addat, apertum est, finem factum indicasse poetam; *ἐχώρουν* autem dixit, quod, quum non agmine facto et ordinibus constitutis discederent Bacchae, sed alia post aliam, haec actio est per aliquantum temporis continuata. Poterat etiam *νίπτοντο* dicere; sed quum hoc non esset praecipuum, sed secundarium, rem levioris momenti non tanquam continuam, sed tanquam brevi perfectam et absolutam posuit; postea vero *ἐξεφαίδρυνον* scripsit, non *ἐξεφαίδρυναν*, quia *inter lavandum* serpentes guttas abstersisse significare volebat. His tamen argumentis praemissis, scripsit - - *πάλιν δ' ἐχώρουν - - κρήνας ἐπ' αὐτάς, ἅς ἀνῆκ' αὐταῖς θεός, νίψαι τόδ' αἷμα. σταγόνα δ' ἐκ παρ. recedebant, ut sibi sanguinem abluerent.* In quo primum mirifice languet illud *τόδε*, *illum sanguinem*, quasi dubium esse possit, qualis sanguis intelligendus sit, — nimirum is, quo e discerptis bobus inquinatae erant: nam ex pugna sanguine infici non po-

terant, quum eas *οὐχ ἤμυσσε λογχωτὸν βέλος*, *τόδ' αἷμα* vero ad sanguinem modo memoratum referendum esset. Deinde vero, num ullo modo probabile, nuncium, qui modo inter fugientes fuerat v. 690. et tam fortia facinora edentes Bacchas viderat, nunc subito, animo sumto, tam prope Bacchas secutum esse, ut, *quid facturae essent Bacchae, audire dictitantibus illis* — sunt haec Hermanni verba — posset, vel Bacchas tam prope sequentem laturas fuisse? Denique *νίψαι αἷμα* esset, *ut sanguinem* aliis *abluerent*, non *ut sibi*. Elmslei. nihil nisi obelo appicto versum notavit

V. 724. *δράκοντες* e Reiskii coniectura pro *δράκοντος* inde a Brunckio editum. Elmsleium, iungentem *ἐκ παρηΐδων χροός*, recte refutavit Hermann.

V. 731. *τοὺς λόγους ἐλευθέρους* non est pro *τοὺς ἐλευθέρους λόγους*, in quo alienus esset articulus, sed eo sensu accipiendum, quo dici etiam posset *ταρβῶ, μὴ οἱ λόγοι, οὓς εἰπεῖν βούλομαι, ἐλεύθεροι ὦσιν*.

V. 733. Flor. *ἥσσω*.

V. 743. Recte Tyrwhitt. quae in Ald. nuncio tribuuntur, Baccho tribuenda esse vidit; quem secuti sunt Brunck. Elmsl. Herm.

V. 747. *κινοῦντι* Ald. Brub. Herv. 1. 2. *κινοῦντα* Canter. nescio quo auctore, et sqq. Hermann. revocavit *κινοῦντι*, interpretans, *non continebit se, propter id, si tu Bacchas a sacris eius abstrahere conaberis.* ut Androm. 962. *ξυμφοραῖς δ' ἠνειχόμην*. Probarem, si alibi quoque *personae*, non tantum *rei*, dativum hoc sensu usurpatum viderem; et in Androm. *ξυμφοραῖς* positum esse videtur ob praecedens *ἤλγουν*. vid. notam. Sed miror Euripidem non scripsisse vel *οὔ σ' ἀνέξεται* vel *εὐΐων σ' ὀρῶν ἄπο*. Lentingio p. 90. legendum videtur *Βάκχας σ' εὐΐων ὀρ. ἄ.*

V. 749. Elmsl. *σώσει τόδ*; in quo obsequentem habuit Hermannum. Vid. ad Hippol. 212. Pro *σώσει* Pal. *σώσῃ*. Vict. *σώσει τάς*. *σώσει τόδε* recte explicat Brunck. *hoc tibi conserva: hoc ne amittas caveto*, quod male Elmsl. vertit *Keep this in mind* i. e. animo serva. At sic ne verteretur, ipse in nota cavit Brunck. *δέσμιος*

φυγών est, quum, quamvis vinculis constrictus, tamen effugeris, non simpliciter pro ἐκ δεσμῶν φυγών.

V. 752. Canter. Barn. θήσω, fortasse e Brodaei coniectura inani. Vid. Elmsl.

V. 754 sq. Pentheo continuant Ald. rell. Primus Baccho tribuit Brunck.

V. 756 sq. Ἀγγ. tribuunt Ald. rell.

V. 757. Optime sensum loci declaravit Hermann. Elmslei. edidit ὅς, quamvis non nescius, ὡς esse *nam*.

V. 758. Ald. hunc versum cum duobus praecedentibus Nuncio tribuens ὅταν ἔτ' ἐστιν. ὦ τάν est a Scaligero. De ὦτάν (vel ὦ 'τᾶν. Herm. ὦτᾶν) vid. Herm. ad Soph. Phil. 1373.

V. 759. δουλίαις Pal.

V. 761. Pal. δούλιον. Flor. εἴ με.

V. 764. Ald. rell. καὶ μὴν ξυνεθέμην, τοῦτό γ' ἐστὶ, τῷ θεῷ. Musgravii coniecturam τοῦτό γ' ἴσθι recepit Brunck. Elmslei. καὶ μὴν ξυνεθέμην τοῦτό γ', ἴσθι, τῷ θεῷ, ut Soph. Oed. T. 1022. δῶρόν ποτ', ἴσθι, τῶν ἐμῶν χειρῶν λαβών. ubi male ante et post ἴσθι interpungitur: cohaerent enim ἴσθι λαβών, alia, quam quae hoc loco est, sententiae conformatione. Hermann. non satis accomodatam hanc responsionem verbis Penthei esse censet, qui non cum deo, sed cum Bacchis conspirasse hospitem autumaret. Hanc ipsam ob causam, quum Pentheus dixisset, *inter vos conspirastis tu et Bacchae*, apte Bacchus respondet, *Conspiravi*, s. *pactus sum, at non cum Bacchis, sed cum deo, cui me proprium dicavi.* Quum vero in Pal. esset καὶ μὴ ξυνεθέμην τοῦτό γ' ἐστι τῷ θεῷ, littera ν supra appicta, Hermann. scripsit καὶ μὴ ξυνεθέμην, τοῦτό γ' ἐστι τῷ θεῷ, *hoc quidem deo est*, i. e. *hoc ille suum sibi habet, neque eripi sibi patietur, ut semper bacchemur.* Similiter in Iphig. A. 853. (842.) καὶ σοὶ τόδ' ἐστιν ἐξ ἐμοῦ. At ibi hoc minime est *tu quoque hoc tibi proprium a me habes*, sed *tibi quoque hoc*, τὸ χαίρειν εἰπεῖν, *a me impertitur*, quod idem est ac χαῖρε καὶ σύ. *Proprium esse alicui* est εἶναί τινος, non εἶναί τινι. Nam quem locum in Gramm. gr. §. 392. i. α attuli e

Xen. Cyrop. IV, 3, 10. οὐδὲν οὕτως ἡμέτερόν ἐστιν, ὡς ὑμεῖς ἡμῖν αὐτοῖς, eum male explicavi: est enim pro ἡμᾶς αὐτοὶ ἔχομεν.

V. 766. ἅ. Sic Ald. Herv. 1. corrupte ἃ βούλει Brub. Herv. 2. Canter. Voculam eiecit Barnes.

V. 769. Sensus: λυπρῶς ἂν ἐξοινωμένας εἶεν, εἰ αὐτὰς ἐςίδοιμι. *Viderem eas vino gravatas cum malo suo.* Idcirco vehementer cupio (εἰς ἔρωτα πέπτωκα μέγαν v. 768.) eas congregatas videre, ut, si inebriatas viderim, malo mactem. Hel. 448. πικρῶς ἂν οἶμαί γ' ἀγγελεῖν τοὺς σοὺς λόγους. Cf. Med. 403 sq. Cycl. 584. Elmsl. ἐξῳνωμένας.

V. 771. Pal. σιγῇ δ' ὑπ' ἐλάταις. σιγῇ γ' ὑπ' ἐλ. Ald. Flor. γ' excidit in Brub. Herv. 1. 2. Cant. Barn.

V. 772. Pal. ἀλλ' ἐξ ἰχνεύουσί σε. Mox Pierson. Veris. p. 128. correxit κἂν ἔλθῃς λάθρα, quod probarunt Reisk. Musgr. Brunck. Elmsl. Herm. Videndum tamen, an ἰέναι animo suppleri possit, ut Il. ε', 252. μήτι φόβονδ' ἀγόρευε. Xen. hist. gr. II, 3, 54. ἐκέλευσεν ὁ τῶν τριάκοντα κῆρυξ τοὺς ἕνδεκα ἐπὶ τὸν Θηραμένην. ubi vid. Wolf.

V. 774. ἄγωμεν οὖν σε Codd. et edd. ἄγω μὲν οὖν σε Barnes. e Porti coniectura. Sq. in σ' ου crasin agnoscit Hermann. pro σοι οὐ, similem ei, quam Elmslei. ad Med. 56. not. 2. deprehendisse sibi visus est in Aesch. Choeph. 924. σοὐρίζει, Soph. Phil. 1149. μουκέτι. In praef. p. XIV. Herm. hanc crasin vocis monosyllabae, sed encliticae, in primo ictu tertiae dipodiae minus suavem vocat.

V. 776. στεῖλαί νιν Ald. rell. στεῖλαί νυν Barnes. e Canteri coniectura. στεῖλαι νῦν Vict.

V. 781. Elmslei. malit ἅ 'μὲ νουθ.

V. 783. Pal. τίνα στολὴν ἢ θῆλυν. ἢ neque hic, nec v. 825. (789.) ex Ald. servare debuisse monet Hermannus, ἤ, *aut*, recte se habere, ubi praecedens interrogatio latior retractetur quodammodo et corrigatur vel restringatur, monuit Heindorf. ad Plat. Parm. 22. Cf. Buttmann. ad Soph. Phil. 569. ad Plat. Criton. 1. p. 82. not. 10.

V. 790. Hermann. θύρσον γε, quia non opus hic

particula τέ, sed requiratur potius usitata in huiusmodi responsione γέ. De τε-καί pro simplici καί vide ipsum Hermann. ad Soph. El. 873. γε vero in responsione ita tantum poni videtur, si ei, quod commemoratum est, maius quid subiicitur.

V. 795. Recte Elmsl. Herm. ἄστεως. Vid. Elmsleium ad Soph. Oed. T. 762.

V. 797. Ald. rell. πᾶν κρεῖσσον, ὥςτε μὴ γελᾶν Βάκχας, ἐμοί. Pierson. Veris. p. 129. et Reisk. ὥςτε μὴ γγελᾶν, ut Med. 1352.

V. 798. in Ald. rell. tribuitur Ἄγγ. pro quo nunc in hac scena Διο. scribitur, v. 799. autem Pentheo, vss. 800. 801. Ἄγγ. Quam ego descriptionem secutus sum, eam Brunckio Heathius, mihi Brunck. subministravit. Sed Piersonus, Reisk. Tyrwh. v. 798. Baccho, tres sequentes Pentheo tribuerunt, quos sequitur Hermann. recte, ut ex asyndeto apparet. Pal. ἂν δοκῇ βουλεύσομαι. βουλεύσομαι etiam Flor.

V. 799. Recte Hermann. ἔξεστι· πάντῃ τό γ᾽ ἐμὸν εὐτρεπὲς πάρα. εὐτρεπές est a Cantero pro εὐπρεπές.

V. 800. Pal. a pr. m. ἢ γάρ.

V. 801. Pal. ἢ τοῖς σοῖσι πείθομαι βουλεύμασιν.

V. 802. 3. inverso ordine leguntur in Ald. rell. 803. 802. Sedes eorum intermutavit Musgrav. quem Brunck. rell. secuti sunt.

V. 802. ἀνὴρ Ald. rell.

V. 806. Pal. a pr. m. λύσσαν.

V. 807. θελήσῃ Ald. rell. θελήσει restituit Brunck. et sic Pal. Quum Brunckius, Dawesium secutus, ubique futurum post οὐ μὴ scripsisset, nunc Elmsleius ubique fere subiunctivum revocavit. Porson. ad Hec. 803. corrigebat οὐκ ἠθέλησε.

V. 810. Scribe ἄστεως.

V. 815. ἐν τέλει Elmslei. ad Soph. Oed. T. 191. et ad h. l. explicat *absolute*, *omnino*; quod sane languidum est. Quid alii coniecerint, vix attinet commemorare. Hermann. ἐν τέλει interpretans *in fine*, *postremo*, distinctione a praecedentibus et sequentibus seiunxit, ut constructio esset γνώσεται δὲ ἐν τέλει Διόνυσον,

ὅς πέφυκε, θεὸς δεινότατος, ἀνθ. δ' ἠπ. Quis vero haec, recitari audiens, nec aliis interpunctionum notis adiutus non ἐν τέλει cum πέφυκε vel θεὸς δεινότατος potius, quam cum γνώσεται iungat, quod cavendum monuit Hermann. p. 24. Cf. eundem p. 104. Imperitus vero esset Euripides, si hoc ἐν τέλει aptius collocare nesciisset, ne audientes et legentes in errorem inducerentur. Itaque propter ipsam positionem verborum haec ἐν τέλει non nisi cum πέφυκεν vel θεὸς δεινότατος iungi possunt. Illud vero optime monuisse videtur Hermann. ὅς πέφυκε esse pro τίς πέφυκε, ut Soph. Oed. T. 1068. ὦ δύςποτμ', εἴθε μή ποτε γνοίης ὅς εἶ. Vid. ad Iphig. T. 750. Itaque sic iungas: γνώσεται τὸν Διὸς Διόνυσον, ὅς πέφυκε, *Bacchum quis sit, cognoscet*, (distinguendum post πέφυκεν) nimirum *ad extremum* vel *in exitu* (non *potentissimus*, sed) *gravissimus, deus, ceteroquin autem erga homines mitissimus*. Hoc vero ad praesentem rerum statum respiciens dixit.

V. 817. Pal. παννυχίοισι. Tertia syllaba fuit χει. Versus ad Hermanni rationem describendi sunt.

V. 819. Elmsl. δέραν.

V. 820. Primam choriambi in duas breves solutam esse monuit Hermann. elem. d. m. p. 559.

V 822. Ald. rell. ἐμπάζουσα. Correxerunt Scaliger et Portus. ἐμπαίζουσα Pal.

V. 823. Pal. φοβεράν.

V. 828. μόχθοις τ' ὠκυδρόμοις τ' ἀέλλαις cum sqq. coniungit etiam Hermann. qui recte Elmsleii, haec cum συντείνῃ δρόμ. κυνῶν iungentis, et totum locum a verbis ἡνίκ' ἂν v. 823. usque ad ἀέλλαις in parenthesi ponentis, distinctionem improbat tanquam impeditam. μόχθοι ὠκύδρομοι sunt μοχθοὶ δρόμου. Sed quid sibi volunt ἄελλαι? in quibus Hermann. etiam haesisse videtur, qui coni. ἀελλὰς θρώσκει, nisi amore adiectivorum in -ὰς exeuntium eum abreptum esse dicas. Comparationem cursus cum procellis hic deprehendisse videtur Brunck. qui e coniectura edidit ἴσα δ' ὠκυδρόμοις ἀέλλαις. Num forte ἄελλαι ὠκύδρομοι audaciore metaphora valent δρόμον ὠκὺν ἴσον ἀέλλῃ? Sic ἄστρων ἄελλαι accipiendae videntur Hel. 1498. An pro ἀέλλαις legen-

dum ἁμίλλαις, ut ῥιμφάρματοι ἅμιλλαι dicuntur a Soph. Oed. C. 1063? Vix puto ἁμίλλαις in ἀέλλαις mutare quemquam id animum induxisse. Itaque prior ratio amplectenda est. Tunc ὠκυδρόμοις bis cogitandum μόχθοις τε ὠκυδρόμοις ἀέλλαις τε ὠκυδρόμοις, e quibus prius τε ad hanc sententiam cum antecedentibus connectendam, ἡνίκ' ἂν φύγῃ θρώσκῃ τε, alterum ad μόχθοις ἀέλλαις τε copulanda valet, non alieno autem loco positum est secundum τε, quia adiectivum ὠκυδρόμοις utrique substantivo commune est. Pal. pro θρώσκῃ v. 829. θρώσκει, quod ut Hermanno, sic mihi placet, quod liberius conformata constructione magis poëtica fieri videtur oratio. Tunc pro μόχθοις τε scribendum videtur μόχθοις δέ. Praeterea Pal. μοχθροῖς pro μόχθοις, quod non spernit Hermann. modo idonea auctoritate communiri possit.

V. 830. Ald. rell. παρὰ ποτάμιον. Una voce Reisk. et Brunck.

V. 832. Pal. σκιαροκόμου θ' ἕρνεσιν ὕ.

V. 833. Articuli non abundant ut putat Elmsl. τὸ σοφὸν et τὸ κάλλιον γέρας sunt subiecti loco, *sapientia et decus hominibus a diis concessum quid aliud est nisi* etc. Cf. Hermann. ad Soph. Antig. 313. ed. 2. Dactylum in proceleusmaticum mutatum esse monet Hermann. elem. d. m. p. 543.

V. 836. Pal. κρέσω. Articulum delevit Herm.

V. 839. τὸ θεῖον Pal. om. γε.

V. 843. Ald. rell. συμμαινομένα δόξα. Pal. συμαινομένα δοξα. sine ι subscr. Utrumque ex antiqua scribendi consuetudine ductum. Vid. Gramm. gr. §. 7, 6. edit. 2. Ad nostram scribendi rationem accommodavit Barnes.

V. 850. Ald. rell. ἰσχὺν τ' ἔχειν. Lectio a Brunckio, Elmsleio, Herm. recepta debetur Heathio.

V. 852. τό τ' pro τότ' Barnes. Musgrav. rell. Vict.

V. 853. φύσει τε πεφυκός Ald. νόμιμον ἀεί. φύσει τὲ πεφυκός Pal. τὸ πεφυκός Herv. 3. casu, puto. Sed sic deinde Canter rell. praeter Brunckium, qui e con-

iectura Musgr. dedit τι πεφυκός. E Flor. 1. nihil annotatum, ut hic etiam τό habere videatur. Recte Elmsleius, commate post δαιμόνιον posito, τε πεφυκός revocavit.

V. 859. θαλάσσας Brunck. vereor ut recte. Ald. rell. θαλάσσης. θαλάσσας tamen legitur Iph. T. 383.

V. 862. Ald. rell. ἐγίνεθ᾽. Brunck. ἐγίγνεθ᾽. ἐγένεθ᾽ firmat Pal. ἑτέρα δ᾽ Ald. rell. Pal. ἑτέρᾳ δ᾽ Barn. Musgrav. Brunck. ἕτερα δ᾽ ob metrum Elmslei. Herm. Ita ἕτερα dictum ut ἀμφότερα. Plat. Protag. p. 326. A. οἵ τ᾽ αὖ κιθαρισταὶ ἕτερα τοιαῦτα σωφροσύνης τε ἐπιμελοῦνται κ. τ. λ. *tali itidem modo*, ut vertit Heindorf vel potius *alia eiusmodi ratione.*

V. 864. δέ post μυρίας addidit Hermann. non minus sensus quam metri causa. Ita versus est trochaicus dimeter, ut 860. 862. Idem ἔτ᾽ εἰσὶν ad sequentem versum retulit, Pherecrateum cum anacrusi.

V. 868. Barnes. Musgrav. Brunck. τὸν δὲ κατ᾽ ἦμαρ male. Vid. Elmslei. ἆμαρ Elmsl. improbat Herm.

V. 871. Pal. σπένδοντά τ᾽. Iph. T. 192. σπεύδει δ᾽ ἀσπούδαστ᾽ ἐπὶ σοὶ δαίμων.

V. 874. ἐκ λόχου Herm. quod mihi ad κατάσκοπος superflue additum videtur. Turba Bacchantum vocatur λόχος, ut agmen Thebas profectum apud Soph. Oed. C. 1089.

V. 875. μορφήν coni. Musgrav. quod mihi quoque verum videtur, ne μορφῇ μιᾷ iungantur.

V. 879. κέρα τε Ald. Herv. 1. κέρατε Brub. Herv. 2. rell. et sic Flor. 1. Vict. κέρατα Pal. De media syllaba producta praeter Brunckium ad h. l. Elmslei. citat Maltbium Observ. c. XXII. cui titulus: *de vocibus* κέρας, κρέας, φρέαρ.

V. 880. Non videntur hic ἀλλ᾽ ἢ satis aptae particulae. Quare ἀλλ᾽ ἦ scripsi. *Herm.* Vellem interpretationem addidisset. ἀλλ᾽ ἢ significare *nisi*, et post negantes sententias vel interrogationem poni adhuc creditum est. vid. Heindorf. ad Plat. Prot. §. 108. quod non video quomodo huic loco conveniat.

V. 881. Pentheo continuat Ald. Bacchi nomen v. 882. demum praeponit. Correxit Tyrwhitt.

V. 882. Recte Elmslei. Aldinam lectionem revocavit, quam corruperat Brunck. scribens ἔνσπονδος ἡμῖν νῦν· ὁρᾷς ἃ χρή σ' ὁρᾷν.

V. 883. τί spectat ad sequens ἑστάναι, *quid facere* vel *quo loco esse videor.* Pertinet hoc ad idem genus, de quo monui ad Hipp. 851. τί δῆτα; οὐχὶ φαίνομαι ἑστάναι. Videntur autem duo membra in unum confusa esse, ut apud Plat. Symp. p. 202. D. τί οὖν ἂν εἴη ὁ Ἔρως θνητός; pro τί οὖν; εἴη ἂν ὁ Ἔρ. θν. ubi Bekker. aliam interpunctionis notam post Ἔρως posuit. Probarem, si sequeretur: ἢ θνητός; Illo modo si accipiendus est Euripidis locus, nota interrogationis post δῆτα delenda est.

V. 884. γ' post μητρός om. Pal. γε Herm. explicat *adeo*, cuius usus exemplum aliud mihi non innotuit. Nec *adeo* h. l. aptum videtur: *utpote* convenit, quo significat non mirum esse quod eodem modo consistat, quum illa mater sua sit.

V. 888. 9. in margine additos habet Pal.

V. 897. Notam interrogandi post ἴδῃς delevit Elmsl. ut ἤπου sit ἴσως, ὡς ἔοικε. Vid. ad Phoen. 378. Med. 690. Hic tamen interrogatio minus apta videtur. — παραλόγον Pal. παράλογον Herm. ut scribitur Orest. 381. et reponendum monuit Porson. Adv. p. 267.

V. 909. τᾶν νυμφῶν Ald. rell. τὰ Νυμφῶν ex emend. Stephani dederunt Canter. Barn. rell.

V. 910. Ald. rell. καὶ καπνὸς ἕδρ. Brodaeus καὶ Πανὸς ἕδρας, unde sic Herv. 2. Brub. Canter. rell. Idem notatum in Vict. e codice an e coniectura Victorii, incertum.

V. 913. Pal. κρυφῆναι.

V. 917. Elmsl. Οὐκ οὖν - - φύλαξ;

V. 920. Pal. εἰμ'. Elmslei. numeris huius versus offensus edidit μόνος γὰρ αὐτῶν εἰμ' ἀνήρ. Vid. Hermann.

V. 920. τόδε Ald. rell. τάδε Brunck. quod me invito remansit.

V. 923. εἰμ' ἐγώ Pal. ut edidit Schaefer.

V. 924. Recte in hoc versu interrogationis notam delevit Elmslei. quam primus addidit Barnes.

V. 927. ἀναγκάσεις. Ald. ἀναγκάσει Herv. 2. Brub. rell. Recte Aldinam revocavit Elmsl. nota interrogationis deleta, quam e Musgravii coniectura addiderat Brunck.

V. 928. Neque Musgravii explicatio accomodata esse videtur sermoni tragico, et Elmsleii, ὥς ἔλεξά σοι supplendum dicentis, languidam reddere sententiam. Nec iniuria sequentia ἀξίων μὲν ἅπτομαι suspecta sunt Hermanno, γάρ pro μὲν scribendum suspicanti. Vereor, ne et post τρυφάς γε τοιάσδ' duo dimidiati senarii interciderint, et post ἀξίων μὲν ἅπτομαι integer senarius.

V. 935. λύσσας Elmsl. Mox Pal. ἴτ' εἰς ὄρος. quod recepit Hermann. recte monens οὖρος ne Homerum quidem, nisi in casibus trisyllabis οὔρεος, οὔρεα etc. dixisse, nedum Tragicos.

V. 939. Ald. rell. μαινάδων κατάσκοπον λυσσώδη. Brunck. λυσσώδεα. Quum verba σκοπον λυσσώδη legitimum dochmiacum facerent, et Μαινάδων exitum saltem dochmii, delevi κατὰ et notas lacunae ante Μαινάδων addidi. Hermanno nil nisi una syllaba excidisse videtur post Μαινάδων, ut δυςκατασκοπόν, formatum ut Δύςπαρις, Δυςελένα, δυςευνάτωρ apud Aeschylum.

V. 943 sq. δ' e Musgravii coniectura delevit Brunck. nec habet Pal. unde omiserunt Elmsl. et Hermann. Mox Ald. μαστὴρ οὐριοδρόμων, | ἐς ὄρος etc. Pal. ὀριοδρόμων. E Porti coniectura Barnes. οὐρεσιδρόμων, e Musgravii Brunckius οὐρειδρόμων receperunt. Quod ego dedi, probavit Hermann.

V. 944. Pal. εἰς ὄρος, εἰς ὄρος ἔμολεν ἔμολεν, ὦ Βάκχαι. unde Elmslei. scripsit ἔμολ' ἔμολεν improbante Hermanno.

V. 945. Brevis syllabae in fine dochmiorum, ubi interrogatio est, positae exempla vid. apud Seidlerum p. 86.

V. 946. Pal. γυναικῶν ὅδ' ἔφυ.

V. 947. Pal. om. γε. Itaque Hermann. particulam omisit, ob τινός non numerose collocatum, et, quum idem codex superiore versu ὅδε haberet, hanc vocem

post *τινός* collocavit. Quod Reisigius comm. crit. in Soph. O. C. p. 379. dicit particulas *δέ γε* adaugere aliquid (*γε*) adversando (*δέ*) id in hunc locum cadit, et probabilius est particulam excidisse, quam additam esse a librario.

V. 950. Ald. rell. *δαίμων διαμπάξ.* Correxit Tyrwhitt.

V. 954. Ald. rell. *περὶ τὰ βάκχι᾽ ὄργια ματρός τε σᾶς* in qua lectione Pal. *τά* omittit. Pro eo *σά* e Scaligeri coniectura recepit Barnes. et deinceps omnes. *ὄργια* disyllabum esse, syllabis *για* per synizesin in unam confusis, monuit Hermann. elem. d. m. p. 54. 251. 253. Cf. ad Hipp. 581. Synizesin non plane repudiatum esse a poëtis etiamnum se credere dicit Herm. sed Semelae non aptam esse huic loco mentionem. Itaque sacra ab Agave Baccho celebrata intelligenda esse censens, quod sit huic loco convenientissimum, scripsit *περὶ τὰ Βάκχι᾽ ὄργι᾽ ἇς ματέρος.* At quidni apta sit h. l. Semelae mentio, quum eam simul cum filio coli solitam esse et per se consentaneum sit, et e locis ab Elmsleio allatis constet? Praeterea *ὅς* pro *ἑός* apud Euripidem non nisi uno loco legitur Hel. 1124. et quidem de mea qualicunque coniectura. Gravius est etiam, aliquem contra sacra, in dei deaeque honorem instituta, quam contra sacra a matre celebrata furere.

V. 955. Ald. *μανεῖσα* sine *ι* subscr. Canter. *μανείσᾳ* e Brodaei et Stephani emendatione.

V. 957 sq. Pal. *τὰν ἀνίκατον.* Tum punctum post *βίᾳ* omittunt Ald. Herv. 1. 2. Brub. Post *σώφρονα* v. sq. commate distinguit Ald. Herv. 1. puncto Herv. 2. Brub. Itaque Herm. scripsit: *τὰν ἀνίκατον ὡς κρατήσων βίᾳ γνώμαν σώφρον᾽, ἃ θνατοῖς ἀπροφάσιστος κ. τ. λ.* In quo illud primum male me habet, quod, quum in stropha ab hoc versu novae sententiae initium fiat, idem non factum sit in antistropha; hanc enim regulam bis in hoc carmine secutus est Hermannus, v. 117. et 857. Deinde vero quid est *τὰν ἀνίκατον γνώμαν σώφρονα κρατήσων?* Nam *γνώμα σώφρων* non potest esse religio s. cultus, qui deo praestatur, sed modestia, qua a sacris dei cuiusque contemnendis, aspernandis, violandis abstinemus, a qua modestia maxime alienus erat

Pentheus. Hanc quomodo quis potest *βίᾳ κρατεῖν*? Sed totus hic locus difficillimus est non solum huius tragoediae, sed omnium Euripidis tragoediarum, quem ipse Brunckius, audacissimus alioqui non emendator, sed versuum fabricator, insanabilem vocat. Quo magis mihi ipsi irascor, quod coniecturas aliquas meas statim in textum receperim. Nam aliis quoque irasci soleo, quum suas coniecturas eos in textu posuisse video, vulgatis lectionibus saepe nihilo meliores, quod cum alias saepe, tum in hoc carmine editores compluribus locis commiserunt. In promtu quidem est dicere non nisi eas coniecturas admittendas esse, quae omnes veritatis notas habeant; at qua tandem nota discernas, utrum hanc virtutem habeat coniectura tua? Suam enim quisque coniecturam plurimi facit, et eo magis, quo est confidentior. Neque satis est dicere, scripturam coniectura effictam habere saltem, quod intelligi possit: nulla enim gravior pestis his litteris inferri potest, quam si, quid scribi potuerit, non quid scriptum fuerit, spectes. Itaque non nisi re diu multumque deliberata, omnibus quae contra dici possint ponderatis, quasi non tuam rem agas, sed de aliorum sententia iudicium feras, coniecturae locus in textu dandus est; locus corruptus per aliquod tempus seponendus est, ut, quum ad eum redieris, inventi amor aliquantum refrixerit, nec tibi amplius fucum facere possit, exploranda aliorum iudicia, ut, quae ipsi invenire non potuimus coniecturae nostrae contraria, alii suppeditent, et quo pluribus satisfecerimus, eo melius de coniectura nostra ipsi iudicare possimus. Sed, ut ad nostrum locum redeam, in eo facilius, quomodo non fuerit scribendum, quam, quid legendum sit, dixeris.

V. 958 sqq. Ald. rell. *γνώμαν σώφρονα θάνατος ἀπροφάσιστος* quae lectio et sensu caret, et metro contraria est. Quid alii coniecerint, in Elmsleii annotatione videre licet. Quod ego dedi *ἀθάνατον*, metro quidem satisfacit, sensui non item. Hermann. dedit: *κρατήσων βίᾳ γνώμαν σώφρον', ἅ θνατοῖς ἀπροφάσι | στος εἰς τὰ θεῶν ἔφυ.*, quod ferri non potest, nisi eiusdem V. D. distinctionem etiam probaveris, de qua vid. ad 957. *ἀπροφάσιστος* est, qui sine praetextu et sine tergiversa-

tione aliquid agit. οὐδὲν προφασιζόμενος. vid H. Steph. Thes. T. IV. p. 519. *nullo praetextu detrectandum*, quo sensu Herm. accepit γνώμαν σώφρονα ἀπροφάσιστον, an unquam significaverit, nescimus; quum nullo loco ea vi positum reperiatur, et dubitari potest, quum προφασίζεσθαί τι nunquam sit *praetextu allato aliquid detrectare*, sed *praetexere*. Vid. H. Steph. Thes. l. c. p. 1734 sq.

V. 959. Ald. Herv. 1. εἰ τά τε θεῶν ἔφυ (non ἔφη, ut est apud Herm.) Sic etiam Flor. 1. εἰς τά τε θεῶν ἔφυ Herv. 2. Brub. et sic sqq. Pal. εἰς τὰ θεῶν ἔφυ, om. τε quod omittas, an addas, nihil fere interest: omisit Hermann.

V. 960. Ald. rell. βροτείῳ τ' ἔχειν. Canter. et Heath. βροτείων τ' ἔχειν. absurde, quum βρότειοι pro βροτοὶ non dicantur. Scaliger βροτείῳ - βίῳ, quod recepit Hermann. Sed plures formulam ἄλυπος βίος ἔφυ pro ἄλυπόν ἐστι aegre sibi evelli patiantur. Sic enim Iph. T. 1090. τὸ γὰρ μετ' εὐτυχίας κακοῦσθαι θνατοῖς βαρὺς αἰὼν pro βαρύ ἐστι. Cf. Orest. 592. Med. 246. Sensus mihi hic esse videtur: Modestiam et in rebus sacris et erga homines exercere, molestia vacat, vitam iucundam reddit, γνώμαν σώφρονα εἰς τά τε θεῶν τούς τε βροτούς ἔχειν ἄλυπος βίος.

V. 961. Ald. rell. τὸν σόφον. Scaligeri coniecturam τὸ σοφὸν confirmat Pal. *Sapientiam libenter consector, modo invidia absit.*

V. 962 sqq. Graviores etiam procellae excitantur. Ego scripturam Ald. reliqui, nisi quod comma post μεγάλα delevi et τῶν ἀεί ut Pal. habet scripsi pro τῶν αἰεί. Ita egregius saltem dochmiacus dimeter exit. Hermann. post ἕτερα distinctione posita, v. 963. cum Reiskio κατά scripsit pro καλά, et e lectione cod. Palatini ἄγουντ' pro ἄγοντ' fecit εὐαγοῦντ', ut constructio esset: τὰ δ' ἕτερα, φανερά ἐστι τῶν ἀεί μεγάλα ὄντα ἐπὶ τὰ κατὰ βίον, *altera illa aperte inter ea, quae quodque tempus fert, magnum momentum habent ad vitae statum.* in quibus illa τῶν ἀεί et ἐπὶ τὰ κατὰ βίον vix concoquo. Ad τῶν ἀεί, inquit, proprie intelligi debet μεγάλων ὄντων, i. e. inter ea, quae quoque tempore aliquid conferunt ad felicitatem vitae. Est igitur quod nos bre-

vius dicimus *unter andern*, quod non habeo, quomodo non vehementer frigere dicam. Hoccine addere oportebat poetam eum, qui pietatem plurimum ad felicitatem vitae conferre dicere volebat, *cum multa alia, tum pietas plurimum confert?* Quorsum vero illa tot verborum congeries ἐπὶ τὰ κατὰ βίον pro simplici ἐπὶ τὸν βίον? Accedit ambiguitas verborum τὰ δ' ἕτερα μεγάλα φανερά, quae qui primum audierit, non poterit quin ita iungat τὰ δ' ἕτερα μεγάλα φανερά ἐστι, donec nota editoris admonitus fuerit hunc ordinem verborum esse τὰ δ' ἕτερα φανερά ἐστι μεγάλα ὄντα. μεγάλα καὶ φανερὰ ἔργματα, *magna* et *conspicua* s. illustria *facinora* commemorantur infra v. 1150. ἦμαρ εἰς νύκτα Elmslei. explicat *diem usque ad noctem*, i. e. *totum diem*, probante Hermanno. Sic Herc. 499. ἐξ ἡμέρας εἰς νύκτα μὴ λυπούμενοι. Sed nec Brodaei explicatio, *diu noctuque*, *nullo non tempore*, inepta est. Pind. Nem. 7, 4. ἄνευ σέθεν οὐ φάος, οὐ μέλαιναν δρακέντες εὐφρόναν τεὰν ἀδελφεὰν ἐλάχομεν ἀγλαόγυιον Ἥβαν.

V. 971. γ' post πολύκρανος om. Pal. et deleverunt Elmsl. Herm. ut iambelegus esset pro senario.

V. 974. Ald. ἴθ' ὦ βάκχε, θηραγρέτα, βακχᾶν γελ. πρ. Comma post βάκχε omittunt Herv. 1. 2. Brub. θηραγρέτα et πεσόντι e Musgravii coniectura edidit Brunck. Ego Seidlerum de verss. dochm. p. 159. secutus sum, non tantum ob accusativum πεσόντα, sed etiam ne iungerentur θηραγρέτα γελῶντι. περίβαλε βρόχον θηραγρέταν idem est quod αἵρει (ἅλισκε Graecis ignotum est.)

V. 979. Ne δράκων et ὄφις in eodem versu legerentur, Barnes. legendum coniecit ὄφεον. Hanc coniecturam recepit Hermann, etsi non habens aliud exemplum huius adiectivi. Magis etiam miror quod addit, Sed haec sunt eiusmodi, ut videantur etiam sine exemplis emendari posse. Δράκοντος ὄφεον θέρος mihi non minus tautologicum videtur quam ἀνθρώπινον ἀνδρὸς γένος. Eo autem difficilior est emendatio, quod ad sententiae integritatem nihil deest.

V. 981. In Medea 54. alius versus sequitur κακῶς πίτνοντα καὶ φρενῶν ἀνθάπτεται. Hunc itaque Porsonus hic quoque addendum suspicabatur, Dobraus ad

Arist. Plut. 886. delendum esse v. 981. Hermann. in τὰ δεσποτῶν e praegresso substantivo συμφορά intelligi posse πλεά συμφορᾶς censet. Pal. συμφορὰ τῆς δεσποτῶν, ita scripta media voce, ut etiam pro τις accipi possit.

V. 982. Recte Brunck. Elmsl. Herm. τί μην, *an novi quid nuncias.* Ald. τὶ μηνύεις i. e. τί μηνύεις. Vid. Elmslei. ad v. 832.

V. 984. Pal. omittit verba καὶ γάρ, quae verba recte abesse suspicatur Elmslei. ut versus dochmiacus sit, licet ne sic quidem ex omni parte sanus. Hermann. edidit ὦναξ Βρόμιε, θεός, θεὸς φαίνῃ μέγας, parum nervosum additamentum appellans illud καὶ γάρ.

V. 985. Ald. rell. ἢ. Brunck. Elmsl. ᾖ. Hermann. rursus ἦ.

V. 987. 8. στροφή est Seidlero de verss. dochm. p. 264. et Hermanno, ἀντιστροφή v. 994. 5. μεσῳδός est v. 990. 1. ex Hermanni sententia.

V. 989. ἄγεις i. e. ἡγῇ. Vid. Wyttenbach ad Plut. p. 293. Lobeck. ad Phryn. p. 418 sq. Versum mutilum esse in fine monuit Brunck.

V. 990. duobus antispastis subiectum habet molossum. Herm. elem. d. m. p. 239. 274.

V. 994. Recte ἔνεπε Brunck. Elmsl. Herm. — τίνει μόρῳ Pal. Propter hiatum Herm. in fine versus notam interrogandi posuit, ut altero versu ad ea, quae nuncius dixerat, responderet chorus: quod mihi praeposterum videtur.

V. 996. Si Therapnae Boeotiae urbs intelligenda esset, inutiliter adderetur τῆςδε Θηβ. χθ. Quum enim res Thebis agatur, per se patet, Therapnas nec Laconicae, nec Thessaliae intelligi. Vid. ad Troad. 213

V. 997. Pal. ῥοᾶς. De constructione ἐκβαίνειν τι vid. Gramm. gr. §. 377. not. 1.

V. 1001. ποιηρόν. Brub. πονηρόν. Pal. πικρόν. ἴξομεν Ald. Herv. 1. ἵξομεν Herv. 2. Brub.

V. 1002. Scribe τά τ' ἐκ ποδῶν cum Porto et Barn.

V. 1003. ὁρῶμεν Ald. rell. ὁρῷμεν Musgrav.

V. 1004. Non possum adduci, ut versum, quem lau-

dat Schol. Hephaest. p. 87. ed. Gasf. ἠδ' ἄγκος ὑψήρεμνον ὄρεσι περίδρομον, eum ex hoc loco desumtum esse putem, sed aliunde, e dramate satyrico, petitum esse.

V. 1008. Pal. αὖτις.

V. 1013. Ald. rell. ὅσοι νόθων. MSS. Steph. ὅσον μόθων. Canter. ὅσοι μόθων, sed coni. ὅσσοις μόθων. Scaliger ὅσαι μαθεῖν. Heath. ὅσσοις μόθον. Musgrav. ὅποι μόθων, quam coniecturam Brunck. recepit. Elmsl. ὅσοι μόθων sed coni. ὅσον ποθῶ. Porson. apud Kidd. p. 226. „Fortassis ὅσσοις ἀθρῶν. Sed bona satis lectio ὅποι μόθων.“ Tandem Hermann. edidit: οὐκ ἐξικνοῦμαι Μαινάδων, ὅσσοις ὅσον, *quantum oculis, non assequor Maenades.* ὅσον ubique ita usurpatur, ut animo suppleri possit τοσοῦτον, ut in illis familiari consuetudine tritis, ὅσον αὐτίκα, ὅσον οὐδέπω, τυτθὸν ὅσσον ἄπωθεν i. e. τοσοῦτον ἄπωθεν, ὅσον τυτθόν ἐστι, i. e. *paulum modo.* Ita hoc loco sententia hoc modo absolveretur, οὐκ ἐξικνοῦμαι Μαινάδων τοσοῦτον, ὅσον ὅσσοις ἐξικνεῖσθαί τις δύναιτο. quod vereor ut commodum h. l. sensum habeat. Possunt plura coniici, ut οὐκ ἐξικνοῦμαι Μαινάδων ὅσσοις μαθεῖν, sed quomodo e notissimis verbis μαθεῖν, ποθῶ, ὅσον errore librarii oriri potuerit μόθων vel adeo νόθων vix dicas. Μόθων quidem vox videtur comoediae, quam tragoediae, accommodatior, sed tamen lectam hic fuisse vocem, quae *lasciviam* significaret, e sq. αἰσχρουργίαν probabile fit.

V. 1014. Ald. rell. ὄχθον δ' ἐπεμβὰς εἰς ἐλάτην ὑψαύχενα. Pal. ὄχθων δ' ἐπ' ἐμβὰς εἰς ἐλάτην ὑψαύχενα. Heath. coni. ἐς ἐλάτην ὑψ. quod recepit Schaefer. et probat Porson. apud Kidd. p. 226. Tyrwhitt. ἢ 'λάτην ὑψ. quod receperunt Brunck. et Elmslei. Hermann. dubitat, an recte crasis fieri possit in prima syllaba talis nominis, quale est ἐλάτη. Non enim in quovis vocabuli initio crasin usitatam esse, sed fere in solo augmento et praepositione sive nuda sive adhaerente voci compositae. Itaque repudiata Tyrwhitti coniectura scripsit ὄχθῳ δ' ἐπεμβὰς ἐς ἐλάτην ὑψαύχενα. ὄχθον quidem haud scio, an non mutandum fuerit: nam et ἐπιβαίνειν τι, et ἐμβαίνειν τι et ἐμβατεύειν τι Aesch. Pers. 447. dicitur. Ad crasin quod attinet, crasin h. l. Hermann. vocat, quam alii rectius elisionem: nam, ne

diversa confundantur, crasis ea dicenda videtur, qua duae vocales in unam, eamque soni diversi, et longam transeunt, elisio, ubi alia vocalis alia expellitur. Crases sunt ἀστέον μουγκώμιον, σοὔστι pro ἆ. μοι ἐγκ. σοι ἐστι. elisio ἐμοί 'στι Soph. Phil. 812. νικώμενοι 'κύρισσον. Cf. Wolf. anal. litt. II. p. 432 sq. ἢ 'λάτης autem simile est ei, quod legitur Med. 1302. ἢ 'ξωθεν. Arist. Ran. 64. ἆρ' ἐκδιδάξω τὸ σαφὲς, ἢ 'τέρα φράσω, et similia. Sed mirum mihi videtur Pentheum non satis habere vel collem vel abietem conscendere, sed abietem colli superimpositam, quamvis per se satis alta esset. Nec in sequentibus ulla collis mentio fit, quo opus fuerit, ut ex abiete melius dispiceret. Itaque lectio ὄχθον δ' ἐπεμβὰς ἐς ἐλάτην ὑψαυχένα etsi librorum auctoritate nititur, peior tamen mihi esse videtur ea, quam Tyrwh. proposuit.

V. 1016. Pal. τι a correctore additum habet.

V. 1019. ἐκυκλοῦτο Brunck. et Elmsl. Pal. κυκλοῦται.

V. 1020. Ald. Herv. 1. περὶ φορὰν ἕλκῃ δρόμον. Herv. 2. Brub. Cant. περιφορὰν ἕλκε δρόμον. In his nihil nisi ἕλκῃ mutavit Barnes. in nota tamen se Aldum sequi malle dicit, περὶ φορὰν ἕλκῃ δρόμον. MS. Steph. περίφορον. Pal. περιφορᾶν (sic) ἕλκῃ δρόμον, sed ἕλκει a prima manu scriptum suspicatur Elmsl. Vict. περιφορᾶς ἕλκει. Inde recepi περιφορᾶς ἕλκει, δρόμον e coniectura Stephani in δρόμου mutato. Sic etiam Elmsl. nisi quod περιφοράν praetulit et recte quidem. ἕλκει quidem necessarium videbatur: nam coniunctivi in comparationibus usus Homeri est, non Tragicorum, nisi forte in lyricis. Vid. ad Hec. 1003. περιφορὰν ἕλκει δρόμου, quo sensu accipiendum sit, parum liquere sibi ait Elmslei. Explico dictum pro περιφερῆ δρόμον ἕλκει. Hermann. ordinem verborum ita instituit: τρόχος ἕλκει δρόμον, τόρνῳ γραφόμενος περιφοράν, quod nunc, ad servandum δρόμον accommodatum, praefero.

V. 1021. ὡς Ald. rell. ὥς Barnes. Brunck. Herm. ὥς an Homeri exemplo pro οὕτως usurpetur a Tragicis, etiamnum dubito, vid. ad Hec. 438. ad Hippol. 1051. Hoc loco ὡς est *sicut*, *quemadmodum*; ut saepe relati-

va et pronomina et adverbia pro absolutis ponuntur v. c. ipsum ὡς, *quia*, pro *nam*. Cf. ad Med. 581.

V. 1025. μὴ 'ναχαιτίσειε cum Ald. rell. an cum Elmsleio e cod. Pal. et Herm. μὴ ἀναχαιτίσειε scribas, non multum refert; illa elisio est, haec συνεκφώνησις.

V. 1036. Ald. rell. ἐστήριξε. Coniecturam Valcken. ad Herod. III, 135. ἐστήριζε confirmat cod. Pal. In hac formula ἅμ' ἠγόρευε καὶ ἐποίει semper ponitur imperfectum secundo loco, quando actiones duae simul et eodem tempore fiunt.

V. 1037. Porson. apud Kidd. p. 190. Αἰθὴρ δ' ἐσίγα. Sed recte de hoc loco iudicat Hermann. Praef. p. XXXIII. V. 1038. auctor Χ. Π. 2241. pro βοὴν habet ψόφον.

V. 1043 sq. πελείας ὠκύτητ' οὐχ ἥσσονες ποδῶν ἔχουσαι i. e. ὠκύτητα ποδῶν οὐχ ἥσσονες πελείας et ὠκύτητα ποδῶν οὐχ ἥσσονα πελείας (τῆς πελείας ὠκύτητος) ἔχουσαι. Frustra Heath. ἥσσονα, quam coniecturam probatam Musgravio, receperunt Brunck. et Elmsleius. Hermanno ἥσσονες ἔχουσαι dictum esse videtur omisso participio οὖσαι. „Muta id in imperfectum, inquit, et videbis recte dici, οὐχ ἥσσονες πελείας οὖσαι εἶχον.“ Recte, si cum εἶχον cogitaveris ὠκύτητα; sin simpliciter οὖσαι εἶχον pro ἦσαν accepit, neque ἔχω ὢν unquam legere me memini, neque ἔχω nisi cum participio verbi activi coniunctum reperire. Locus autem Platonis Cratyl. p. 404. C. plane alienus est. Vid. Gramm. gr. §. 559. p. 814 sq.

V. 1049. Ald. rell. κραταβόλους. Vict. κρᾶτα βόλους. Heathio debetur κραταιβόλους.

V. 1051. Herm. ὄζοισί τ' ἐλατ. Recte.

V. 1052. Ald. rell. ἄλλοι δέ. Canter. e Brodaei et Steph. coniectura ἄλλαι δε, et sic notatum in Vict.

V. 1053. Ald. rell. Πενθέως τ' ὄχον δύστηνον. Egregia est coniectura Reiskii Πενθέως, στόχον δύστ. quam recepit etiam Herm. Elmsleius satis habuit versum obelo notare. Idem οὐχ ἥνυτον. Vid. ad Hec. 1143. Phoen. 453.

V. 1055. λελησμένος vulgo. λελημμένος est e Musgravii emendatione. Vid. Elmsl.

V. 1067. Elmsl. recte ἱερία.

V. 1068. Elmsl. προσπίτνει. Vid. ad Suppl. 693. Tum κόμας ἄπο Ald. rell. quod primus Brunckius emendavit. Et Pal. κόμης.

V. 1069. κτάνοι Brunck. Elmsl. Quum Graeci libenter ab oratione obliqua ad rectam transeant, et iis verbi temporibus ac modis utantur, quibus qui inducitur, ipse in loquendo usus esset (vid. Gramm. gr. §. 507. p. 711. §. 519. p. 736.) non mirum, eos post ὡς quoque, ἵνα etc. nonnunquam coniunctivum pro optativo posuisse.

V. 1076. Ald. rell. χρή. Brunck. χρῆν.

V. 1077. Pal. ἐκ βακχείου κατεί χετ'. Inter κατεί et χετ' aliquid erasum est. Elmsl.

V. 1083. Recte Herm. monet prius τε sententiae praecedentibus adnectendae inservire; et hanc ipsam ob causam comma posui post σάρκας, quum in Ald. rell. plene distingueretur.

V. 1085. Pal. ὁ μὲν στυγνάζων, ὅσον ἐτύγχανε πνέων. a pr. m. πλέων. ἦν δὲ πᾶσ' ὁμοῦ βοή, ἃ μὲν στεν. dictum est pro πᾶσαν δὲ ὁμοῦ βοὴν ἵεσαν, ὃ μὲν στ. ut Phoen. 1462. ἦν δ' ἔρις στρατηλάταις, οἳ μέν – pro ἤριζον δὲ στρατηλάται, οἳ μέν – –

V. 1086. Ald. rell. αἳ δ' ἠλάλαζον. ἀνέφερε δ' ἣ μὲν ὠλ. Sic etiam Pal. nisi quod pro ὠλένην habet ἐλένην. Duporti coniecturam ἔφερε a Musgravio probatam admisit Brunckius. Ingeniosa est Hermanni coniectura: αἳ δ' ἠλάλαζον· ἄγε, φέρ' ἣ μὲν ὠλένην, ἣ δ' ἴχνος αὐταῖς ἀρβύλαις· γυμνοῦτε δὲ πλευρὰς σπαραγμοῖς. At parum sibi constaret Euripides, si, quum mulieres mente a deo ita perturbatas finxisset, ut leonem interficere, non hominem, sibi viderentur (vid. v. 1095. 1231.) tamen ita eas sibi acclamantes faceret: *age, rape alia brachium, alia pedem, et quidem cum ipsis calceis.* Haec enim esset non feminarum Bacchico furore correptarum, et infelici errore feram a se laniari credentium, oratio, sed furiarum sanguinolentarum, hominem sese discerpere probe intelligentium, quales Parisiis olim fuisse accepimus. In vulgata vero lectione reprehendenda calumniari videtur Hermann. verba enim γυ-

μνοῦντο δὲ πλευραὶ σπαραγμοῖς non explicationem continent, ut vel brachiis pedibusque avulsis quasi armis et praesidio nudata dicantur latera, vel quum membra illa abrumperentur, tantae carnium laciniae sequutae esse existimari debeant, ut costae in lateribus nudarentur, sed de universis valent, et, quum antea singulis partes quaedam distributae essent, nunc quid universae fecerint, indicant. Ita vis est in verbo γυμνοῦντο, quod summam quasi complectitur eorum, quae antea dicta erant; qua ratione Herm. alibi omissionem augmenti defendit. Sic Homerus saepe postquam commemoravit, quos singuli interfecerint, imaginem universos complectentem subiicit. Accuratius hoc etiam significatur sqq. πᾶσα δέ i. e. ἑκάστη, ut recte Herm. διεσφαίριζε σάρκα Πενθέως.

V. 1089. σάρκα ob metrum Porson. apud Kidd. p. 246.

V. 1090. Ald. rell. τυφλοῖς. Barnes. στυφλοῖς. Sed scribendum στύφλοις, ut monuit Elmsleius.

V. 1094. Ald. πτῆξασ'. Correxerunt Brodaeus et Stephanus.

V. 1098. τειχέων ἔσω τόνδ' Ald. Herv. 1. 2. Brub. Correxit Canter. et τῶνδ' Pal. Flor. 1.

V. 1100. Ut ῇ haberet quo referretur, Elmsleius comma post ἄγρας sustulit, ut τὸν καλλίνικον adiectivi loco haberetur. Eum recte secutus est Hermannus.

V. 1101. τῇδ' ante ἐκποδών e coniectura Reiskii addidi. Pierson. Veris. p. 130. τῆσδ' ἐκποδὼν τῆς ξυμφορᾶς, quod etsi bene Graecum sit, sine necessitate tamen in hunc locum inferri iudicat Porson. ad Eurip. Suppl. v. 1113. in ed. Markl. Oxon. p. 211.

V. 1102. Hermann. persuasam habens, Euripidem non ita contra leges rhetoricas Agavae nomen, ubi nulla oppositio esset, in principio collocaturum fuisse, edidit ἄπειμ' Ἀγαυῇ, πρίν. — Τῇδε τῇ ξυμφορᾷ esse *propter hoc malum.* In Ἀγαυῇ, etsi nulla oppositio, vis tamen inest, quum in eam praecipue illa calamitas ingruerit, quippe quae et filium occiderit, et eius cruentum caput manibus gerat. Nec maior vis inest in Κάδμου θυγατέρες in initio posito v. 1156.

V. 1104. Ald. rell. et Pal. οἶμαί γ' αὐτό. E Reiskii

coniectura est ταὐτό, quod recepit etiam Elmslei. quamvis ταὐτό raro inveniri apud Atticos saepe monuerit Pseudogregor. 1143. οἶμαι δ' αὐτό. Hinc recte Hermann. κάλλιστον οἶμαι δ' αὐτό καὶ σοφ.

V. 1106. Pal. βακχείων. Recte Elmsl. post Hermann. ad Hec. praef. p. LXVI sq. Βάκχιον. Ita hic et sequens versus e dochmio et cretico constat.

V. 1108. τοῦ Hermann. iam in elem. d. m. p. 122. delendum monuit, quia molestus esset articulus, et omittit Pal. Itaque Elmslei. quoque delevit. Deleto articulo versum ex iambico monometro hypercatalecto et dochmio constare monet Hermann. elem. l. c. puto, ut disyllaba dochmii esset anacrusis: nam haec genitivi forma α nunquam breve habet. Elmsleius cum Burgesio Πενθέως etiam deletum malit, nescio quo odio nominum propriorum ductus.

V. 1110. πιστὸν ἀΐδαν Ald. rell. quod alii aliter emendare conati sunt. Quod dedi est e coniectura Seidleri de verss. dochm. p. 116. Elmslei. πιστόν revocavit, πιστὸν Ἀΐδαν (sic scripsit) cum Brodaeo interpretatur *certam ac manifestam necis suae causam*. Hermann. dedit πιστὸν Ἀΐδᾳ ἔλαβεν εὔθυρσον ταῦρον, *fretum Orco thyrsigerum taurum ducem habens exitii*. πιστός *fretus* est apud Soph. Oed. C. 1031. ἀλλ' ἔσθ' ὅτῳ σὺ πιστὸς ὢν ἔδρας τάδε. Vid. Porson. ad Eur. Hec. 1125. At quomodo taurus ille, Pentheum in exitium adducens dici potest *fretus Orco?* quum enim deus esset sub forma tauri latens non conveniebat eum ad necem infligendam Orco fretum esse eiusque opem exspectare. Ego ex parte Brodaeum sequor: ᾅδης quidem ubi pro necis causa ponatur, non habeo dicere: sed tamen saepe appositio declarat id, quo aliquid efficitur, ut in illis θάνατόν νύ τοι ὅρκι' ἔταμνον. Vid. ad Hel. 172. Proprie thyrso confidebat Pentheus, se eo instructum tuto in Baccharum coetum prodire posse. Quod thyrso conveniebat, id cum acerba irrisione ad ἅδαν retulisse videtur, imprimis quum πιστὸς ᾅδης esset ipse thyrsus.

V. 1111. Mihi quoque νάρθηκα εὔθυρσον iungenda videntur. vid. Elmsl. Hermann. εὔθυρσον ταῦρον iungit; quia hic nihil ad rem, quod ille taurus visus esset, sed

quod esset Bacchus. At sub tauri forma latere Bacchum quivis sciebat, quippe e vulgari etiam superstitione *ταυρόμορφον*, *ταυρόκρανον θεόν*. Ita taurum ubi in hac rerum ratione nominabant, etiam non adiecto *εὔθηρον* intelligebant Bacchum.

V. 1114. *τὸν καλλίνικον* sc. *ὕμνον*. Vid. Elmslei. nec opus est scribi *τὸ καλλίνικον* cum Brunckio. *ἐξεπράξατε* e Scaligeri coniectura Elmsl. et Hermann. *ἐξεπράξατο* esset *Bacchus a vobis exegit*.

V. 1115. *εἰς γόον* primus Canter. pro *εἰς γόνον*.

V. 1116. 17. sic digessit Seidler. de vers. dochm. p. 152.

V. 1118. Ald. rell. *ἐς δρόμους*. Correxit Stephanus.

V. 1120. *κῶμον εὔιον* Herm. quod an ad sonum elegantius sit, quam *εὐΐου θεοῦ*, nescio. Nec in *εὐΐου θεοῦ* epitheton plane otiosum, quod non ipsum Bacchi, sed generis nomen positum sit. Sic 143. *τὸν εὔιον ἀγαλλόμεναι θεόν*. . . .

V. 1121. Ald. rell. *τί με δὴ ὀρθεῖς ὦ*. Pal. *ὀρθεῖς ὦ*. MSS. Steph. *ὀρθοῖς*, ut edidit Canter. Seidlerum *ὀρθοῦν* explicantem *excitare*, *provocare* recte refellit Herm. ad h. l. Musgr. *ὄρσεις*, quod recepit Brunck, qui praeterea scripsit *τί με δῆτ᾽ ὄρσεις ὦ*. Hermann. *τί μ᾽ ὀροθύνεις ὦ*. *ὀρθεῖς* et *ὀρθοῖς* vitiosa esse, negari non potest. Videtur librarius de *ὄρθια* cogitasse, ut *ὀρθεῖν* vel *ὀρθοῦν* esset *ὀρθίᾳ φωνῇ βοᾶν*.

V. 1122. Plut. T. I. p. 564. E. T. II. p. 501. B. et Polyaen. VII, 41. *ἐξ ὄρεος*, quod recepit Herm. ut aptius, quia Cithaeronem intelligat Agave. Sq. v. *ἕλικα* Herm. recte de thyrso accipit.

V. 1124. Ald. rell. *μακάριον θήραμα*. Apud Plut. T. I. p. 564. F. est *μακαρίαν θήραν*, apud Polyaen. l. c. *μακάριον θήραν*. Hoc dedit Hermann. At Euripides semper dicit *μακαρία* feminino genere, non *μακάριος*. *θήραμα* glossa esse videtur vocis *θήρα*. vid. Schaefer ad Gregor. C. p. 126. Sic Soph. Phil. 609. *Ἕλενον Ὀδυσσεὺς εἷλε θήραν καλήν*.

V. 1125. Pal. om. *γε* et *ὦ*. Hermann. *γε* hic nullo modo ferri posse censens dedit *τε*. Mihi *γε* hic eam-

dem vim habere videtur, quam alias in responsionibus habet, ut verbo, cui additum est, confirmando et vi quadam insigniendo inserviat. Tum Herm. σύγκωμος pro σύγκωμον. At socius cuiuscunque rei non solet dici δέχεσθαι alium, eiusdem rei principem, sed ipse recipi vel assumi, nec unquam quisquam dixit συνοδίτης, συστρατιώτης σε δέχομαι, sed δέχομαί σε συνοδίτην, συστρατιώτην. Itaque quum chorus dicit se δέχεσθαι Agaven, significat se iam ante Agavae adventum instituisse solennes choreas ad gaudium suum declarandum, quarum nunc participem esse velit Agaven.

V. 1127. Ald. rell. νεόν νιν. MSS. Steph. νέον λῖν, unde sic edidit Canterus. De accentu vid. Herm.

V. 1129. De hoc versuum genere vid. Hermann. elem. d. m. p. 264.

V. 1131. γ' om. Pal. et deleri volebat Elmslei. ad Med. p. 287. not, quum γε in interrogatione poni non posse sibi persuasisset. In editione Baccharum servavit, sed delevit Herm. scribens πρῶτα. Tum Ald. ἐμὸν ἐμὸν τὸ γέρας. Plutarch. I. p. 564. semel ἐμόν, unde sic edidit Musgr. quod metrum iam fieri iubebat.

V. 1132. totum cum Seidlero Agavae continuavit Hermann.

V. 1133. Scribe:

Χορος
Τίς ἄλλα;
Αγαυη
τὰ Κάδμου —
Χορος
τί Κάδμου;
Ἀγαυη
γένεθλα

γένεθλα bis Ald. rell. semel Heath.

V. 1137. ἀρτιγέννυν (sic) una voce Ald. rell. Aemil. Porti coniecturam, ἄρτι γέννυν divisim legentis, confirmat Pal. Elmsleio locum recte explicare videtur Heath. qui sic vertit: *Iuvenilis hic catulus, sub verticem delicate capillatum, genam modo pilosam emittit.* Itaque κατάκομον non cum proximis κόρυθ' ἁπαλότριχα, sed cum remotiore γέννυν iunxit, ut γέννς κατάκομος esset

pro *γένειον* s. *πώγωνα*, et *γένυν βάλλειν* i. e. *ἐκβάλλειν* pro *πώγωνα φύειν* accepit, quorum neutrum fieri potest. Rectius Hermann. *ἄπο* scribens, quod iungendum cum *βάλλει* vertit: *vitulus hic, iuvenis adhuc genas, comatum molli crine amisit capitis ornamentum.*

V. 1140. Choro tribuit Tyrwhitt. quum in Ald. rell. Agavae continuaretur. *φόβῳ* Ald. *φόβη* Brod. Steph. e codd. et Reisk.

V. 1141. *ὁ βάκχειος* Pal.

V. 1142. *σοφὸς σοφῶς* cum Brunckio Elmsl. et Herm.

V. 1143. Ald. *ἐπὶ θήρα τόνδε.* Brod. Steph. *ἐπὶ θῆρα τόνδε.* Herm. *ἐπὶ θήρᾳ τοῦδε*, ut iam ante Brodaeum nonnulli legerunt, gravi errore, ut ait Steph.

V. 1145. Pal. om. *τί δέ.* Herm. recte distinxit: *τί δ'; ἐπαινῶ.*

V. 1146. Pal. *τάχα δὲ καὶ καδμεῖοι.* Hermann. sqq. ita inter chori personas et Agaven distribuit:

Ἀγαυη

τάχα δὲ Καδμεῖοι.

Χορος

καὶ παῖς γε Πενθεὺς ματέρ'

Ἀγαυη

ἐπαινέσεται,

λαβοῦσαν ἄγραν τάνδε λεοντοφυῆ

Χορος

περισσάν

Ἀγαυη

περισσῶς

Χορος

ἀγάλλῃ κ. τ. λ.

V. 1147. Pal. *ἐπαινεύσεται.*

V. 1148. Ald. Herv. 1. *περισσὰς περισσῶς.* Herv. 2. Brub. *περισσὰ περισσῶς.* Canter. ex em. Brodaei *περισσὼν περισσῶς.* quod etiam in suis codd. reperiri testatur Steph.

V. 1150 sq. Ald. *γέγηθα, μεγάλα, μεγάλα, φανερὰ καὶ τάδ' ἔργα κατειργασμένα.* Pal. *γέγηθα. μεγάλα μεγάλα καὶ φανερὰ τάδ' ἔργα κατ. καὶ φανερὰ* pro *φανερὰ καί*

iam Seidler. invenerat, quem in ceteris etiam secutus sum, *φανερὰ μὲν, καινὰ δέ.* Herm. *γέγηθα. μεγάλα μεγάλα καὶ φανερὰ τἄργ' ἐγὼ κατ.* Magis tamen placeret, inquit, si libri adiuvarent, *γέγηθα μεγάλα μεγάλα τάδε φανερά τ' ἔργ' ἐγὼ κατ.*

V. 1152. Pal. *δεῖξον νῦν.* ut Herv. 2. Brub. Canter. Vitium post Portum sustulit Barnes.

V. 1155. Pal. *ὡς ἴδετε.*

V. 1157. Vid. Schol. Flor. ad Hec. 1132.

V. 1160. *κτᾶσθαι* mea sententia e *κομπάζειν* pendet. *Gloriari debemus, nos instrumenta eorum, qui hastas fabricantur,* i. e. *tela frustra nobis comparare,* quum etiam sine telis, manuum vi, hostes vincere possimus.

V. 1164 sq. Ald. *αἱρέσθω λαβὼν πλεκτῶν πρὸς οἴκων κλιμάκων προςαμβάσεις.* *αἰρέσθω* Barnes. qui in nota etiam emendat *πηκτῶν πρὸς οἶκον.* sed *αἰρέσθω* male vertit *surgat;* imo *attollat,* ut Heath. Pro *οἴκων* Pal. *οἴκους,* quod admisit Elmsleius.

V. 1168. Post *βάρος* distinguit Ald. ut iungantur *Πενθέως πρόσπολοι.* Recte comma post *Πενθέως* transtulit Canter.

V. 1172. Ald. Herv. 1. 2. Brub. *ἐν ταυτῷ πέσω.* Herv. 3. Stiblin. Canter. *ἐν ταυτῷ πέδῳ,* et sic Pal. *ἐν ταύτῳ πέδω.*

V. 1173. *ἐν ὕλῃ δυςευρέτῳ, in silva ita abdita, ut vix inveniri et explorari possit.* Hermann. edidit *δυςευρέτως,* addens, In huiusmodi vocabulis nihil refert, utrum reperiantur in lexicis, an non. Recte: nam in lexicis multa desunt. At expectandum tamen, puto, dum vox in probati scriptoris loco inveniatur; an ne hoc quidem quidquam referre censet Vir eximius, modo analogia vocem tueatur? Adverbia vero cum *εὑρέτως* composita vix usquam reperias. *Quid autem horum omnium,* inquit Lobeck. ad Phryn. p. 46. *erudita antiquitas receperit, non internis eorum notis et vestigiis iudicari, sed tantum exemplorum copia vel inopia ad verisimilitudinem quandam aestimari potest.*

V. 1174. Ald. rell. *ἤκουσα γάρ του.* *που* pro *του* Flor. 1. quod me recepisse nunc nollem.

V. 1176. *Βακχῶν πάρα a Bacchis redux* e coniectura Musgravii ediderunt Brunck. Elmsl. Hermann. Quum utrumque dici possit, et ἤκουσα θυγατέρων τολμήματα, et ἤκουσα περὶ θυγατέρων, utrumque, interiectis aliquot verbis, coniunxit, sed ita ut quum priore loco filias tantum commemorasset, deinde Bacchas nominaret, inter quas illae quoque versabantur. Ita ad vulgatam defendendam non argumentis opus est, sed commoda explicatione, qua ipsa gravius argumentum proferri non potest.

V. 1179. ἀριστέα ποτε Ald. rell. Ἀρισταίου Miltonus. Ἀρισταίῳ Heath. Musgr. Brunck. rell.

V. 1182. Ald. rell. τήνδ'. Correxit Barnes.

V. 1183. οὐδ' ἄκραν τ' Ald. rell. quod correctum iam in Herv. 2.

V. 1184. Eleganter Scaliger αὐτήν, quam coniecturam receperunt Brunck. Herm. Sed parum referre mihi quoque videtur: nam qui infelicem adspectum filiae videt, is haud dubie filiam videt, triste spectaculum.

V. 1189. Pal. εἰς μεῖζον ἥκω θήρας. μεῖζον praetulit Hermannus.

V. 1192. Herm. ὡς ἀγκρεμασθῇ, non convenire enim ἄν, ut in re minime dubia. Mihi nondum exploratum est, ἄν in dubiis tantum rebus coniunctivo addi. Supra v. 483. verba ὡς ἂν σκότιον εἰςορᾷ κνέφας reddere nolim cum Hermanno, *ut, si libet, tenebras adspiciat.* Nam qui in obscuro carcere inclusus est, tenebras adspicere debet, sive ei libeat, sive non libeat. Et hoc loco negare tamen poterat pater, quod filia petebat.

V. 1193. Pal. τοῖς ἐμῆς ἀγρεύμασιν.

V. 1197. Pal. ἐξειργασμένων, quomodo scribendum esse, miratur Elmslei. non vidisse interpretes. Equidem in vulgata nihil incommodi video: nam et accusativus in exclamationibus usitatus, et εἴργασμαι passivo sensu positi exempla ipse attulit Elmsl. ad Heracl. 601. in Add. Πένθος vero non est *facinus luctuosum*, ut explicat Elmsleius, sed *luctus*, et πένθος ἐξειργασμένων φόνον esset *luctus propter eas, quae caedem commiserunt*, vel potius ἐξειργασμένων absolute positum esset pro αὐτῶν ἐξειργασμένων. Sed quum Agave de se prae-

cipue gloriata esset, eamque solam mox alloquatur Cadmus, minus convenit de pluribus eum loqui.

V. 1204. Pal. *σκυθρωπός*.

V. 1205. Adde comma post *τρόποις*.

V. 1206. *ἐν* et *ἅμα* iuxta se posita ad id genus pleonasmorum referenda sunt, de quo egit Hermann. ad Viger. p. 886. *ἐν νεανίαις Θηβαίοις* et *ἅμα νεανίαις Θ.* *ὅτε ὀριγνῷτο* autem non est *quoties*, ut Elmslei. vertit, sed *quando* vel *quum*, et optativus significat, hoc ex iis esse, quae fieri optat Agave. Varias de h. l. coniecturas apud Elmsleium videre licet.

V. 1209. Pal. om. verba *κἀμοί, μὴ σοφοῖς χαίρειν κακοῖς ποῦ 'στιν.*

V. 1218. *τί μοι τῶνδ'* Ald. Herv. 1. 2. Brub. Correxit Steph. e MSS.

V. 1219. Ald. rell. *ἔθ' ὤὑτός*. Pal. *ἔθ' αὑτός*. Quae in Add. T. VII. p. 502 sqq. de hac forma disputavi, ea egregie confirmari iis, quae Bekkerus e Codd. adscripsit ad Demosth. p. 11. not. e. (Olynth. 1. §. 3.) p. 299. not. b. (de cor. §. 177.) non sine gaudio vidi.

V. 1221. Sic Ald. Sed quum in Herv. 1. 2. Brub. rell. excidisset *τόδ'*, varii varie locum emendare conati sunt. Pal. *τόδέ τι.*

V. 1224. *σαφῶς* coni. Reisk. quod probatum Musgravio receperunt Brunck. Elmslei. Herm.

V. 1225. Pal. *ὡς ἐλέλησμαι γ'.*

V. 1229. Pal. *ἐμοί τε.*

V. 1232. Pal. *νῦν*. Elmsleio placet *νιν*, quod elegans est, nec tamen necessarium. Verba *βραχὺς ὁ μόχθος εἰςιδεῖν* Pal. tribuit Agavae.

V. 1233. *φέρομαι* explico *tanquam praemium fortitudinis reporto.* Respicit ad id, quod adhuc ei visum fuerat.

V. 1236. Vulgo *προςεοικέναι*. Correxit Brunck.

V. 1238. *ᾠμωγμένον* Elmslei. qui in interpretatione se haerere fatetur. Caput Penthei vel potius ipse Pentheus ante defletus erat a Cadmo, quam Agave eum agnosceret; quod ad infelicitatem matris significandam

valet, ad quam ne sensus quidem infortunii pertineret, quodque non agnosceret, quem alii non agnoverant solum, sed etiam defleverant. Musgrav. ἡμαγμένον, quod recepit Hermann. ἤ σὲ γνωρίσαι Ald. rell. et Elmslei. Recte: nam vis est in pronomine, *quam tu*, mater, quam primam agnoscere filium conveniebat, *eum agnosceres*. Syllaba brevis autem ante γν nusquam corripitur, (vid. Gramm. gr. §. 24. p. 78. not. f.) quod necesse esset, si σε esset enclitica.

V. 1239. Pal. ἦλθες χέρας. Elmsleio non valde placet pes quintus ἦλθ' εἰς, nec reponere dubitaret ἦλθεν, si certum esset praepositionem recte abesse posse. At Hermann. Est hoc ex eo genere, inquit, in quo facile existimari potest, quid ratio linguae permittat. Itaque ἦλθεν χέρας scripsit, etsi nec ipse exemplum huius formulae in promtu habens. Equidem, etsi causam locutionum ubique praecipue quaerendam existimo, hoc tamen non tantum valere debere censeo, ut, quodcunque ratione sola (*a priori* vulgo dicunt) dici *potuisse* intelligas, id dictum etiam *esse*, etsi nulla eius usus exempla suppetant, statuas. Nam analogia est illa quidem in iis, quae dicta sunt, a causa sua repetendis praecipue utilis, abutatur tamen ea, si quis ex ea, dicta etiam esse, quae nusquam leguntur, colligere velit. Itaque ut Latine recte dicitur *domi fui*, at *domi paternae fui* non item, etsi Scioppius hoc dici potuisse contendit (vid. Ruddimanni gramm. lat. p. 277. not. 17. ed. Lips.) sic χθόνα ἐλθεῖν, γούνατα ἱκάνειν, μνηστῆρας ἀφικέσθαι saepe legitur, χεῖρας τινὸς ἐλθεῖν nusquam, hanc fortasse ob causam, quod in illis satis erat, accessionem aliquam seu appropinquationem indicasse, qui autem εἰς χεῖρας ἐλθεῖν dicitur, is non *prope* manus *accessit*, sed ipsis manibus deinde *tenetur*. Cycl. 351 sq. quidem legitur κρείσσονας γὰρ Ἰλίου πόνους ἀφῖγμαι κἀπὶ κινδύνου βάθρα. sed praepositionem secundo nomini additam quidni ad prius etiam referri liceat, ut saepissime fit? nec in ipsos labores iam incidit, sed ad eos accessit, ἐπὶ κινδύνου βάθρα.

V. 1241. Scribe καρδία, ut est in Ald. Recte enim Elmsleius monuit καρδία πήδημ' ἔχει esse idem quod δέδοικε. hinc accusativum adiungi.

V. 1242. Ald. rell. καὶ κασιγνήτη σέθεν. Pal. καὶ κασίγνητοι σέθεν. κασίγνηται e Musgravii coniectura receperunt Elmsl. Herm. Markl. ad Suppl. 1181. malit χαὶ κασίγηται σέθεν. Vid. ad Suppl. 1188.

V. 1243. Herm. ἢ κατ' οἶκον, ut est in Ald. rell.

V. 1244. διέλαχον, ita discerpserunt, ut alius aliam partem quasi sortito acciperet. Simile est δῶμα διαλαχεῖν σιδήρῳ Phoen. 68. de re, in qua dividenda fortuna regnat.

V. 1248. Pal. ἐμάνη τε πᾶσα τ'.

V. 1250. Ald. rell. ὕβριν ὕβρ. Heath. inseruit γ', quod receperunt etiam Elmsl. et Herm.

V. 1253. Ald. rell. συγκεκλεμμένον. Barnes, et Brunck. συγκεκλεισμένον (Br. ξυγκ.) Pal. συγκεκλημένον, unde Elmsl. et Herm. scripserunt συγκεκλημένον. Vid. ad Andr. 495. Notam interrogandi prima addidit Herv. 2. delevit Brunck. Aldinam secutus; recte. Nam filii corpus foede dilaceratam videns cum acerba ironia haec dicit Agave. Post hunc versum aliqua deesse iam Victorius observavit, qui in margine Aldinae haec annotavit: Animadvertendum an nonnulla desiderentur. Apud Apsinem certe rhetorem περὶ ἐλέου 723. haec leguntur: Ἀμέλει παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ τοῦ Πενθέως μήτηρ Ἀγαυὴ ἀπαλλαγεῖσα τῆς μανίας καὶ γνωρίσασα τὸν παῖδα διεσπασμένον κατηγορεῖ μὲν ἑαυτῆς, ἔλει δὲ κινεῖ. et paulo post: τοῦτον τὸν τρόπον κεκίνηκεν Εὐριπίδης οἶκτον ἐπὶ τῷ Πενθεῖ κινῆσαι βουλόμενος. ἕκαστον γὰρ αὐτοῦ τῶν μελῶν ἡ μήτηρ ἐν ταῖς χερσὶ κρατοῦσα καθ' ἕκαστον αὐτὸν οἰκτίζεται. quae omnia nusquam in hac fabula reperiuntur. Aut igitur credendum est, Euripidem alteram fabulam confecisse, quae Pentheus inscriberetur, aut affirmandum est in utro horum locorum haec omnia deesse, scilicet aut in superiori aut paulo post ante personam Διονύσου. Haec ille rectius quam Musgrav. qui loca Apsinis ad v. 1282. in Suppl. retulit. Ex hac deperdita tragoediae parte haud dubie sumtus est versus citatus a Schol. Arist. Plut. 908. εἰ μὴ γὰρ ἴδιον ἔλαβον εἰς χεῖρας μύσος. Fortasse inde sumti etiam sunt duo vss. apud Pseudogregorium 1509 sq. πῶς καί νιν ἡ δύστηνος εὐλαβουμένη πρὸς στέρνα θῶμαι; πῶς δὲ θρηνήσω

τρόπον, quos Porson. apud Kidd. p. 169. ad lacunam post v. 1282. refert.

V. 1261. Pal. ὦ δῶμ' ἀνέβλ. ὅν (superscr. ὃν) recepit Brunck. e Stephani annotatione, qui sic in veteri cod. legi testatur. De dativo vid. ad Suppl. 319. Syllabae brevis ante βλ non productae exempla attulit Hermann.

V. 1265. ἐλάμβανεν codd. et edd. quod revocarunt Elmslei. et Hermann. quum in ἐλάμβαν' ἄν mutassent Heath. et Brunck. Elmsl. ad Med. p. 150. not. coniecerat ἀξίαν ἂν ἔλαβεν ἄν. Si dicendum est *poenas dedisset*, ἄν deesse non posse, etiamnum censeo: vid. ad Alc. 923. Sed potest locus sic etiam accipi: ὅστις γὰρ ὑβρίζειν ἐθέλοι, δίκην ἀξίαν ἐλάμβανεν, quasi revera fuissent, qui Cadmum contumeliose tractare vellent.

V. 1266. Falso Brunckium ἐκβεβλήσομαι et ἐκβληθήσομαι significatione nihil inter se differre existimare monui Gramm. gr. §. 498.

V. 1271. Ald. Herv. 1. θιγγάνω. Herv. 2. Brub. Cant. rell. θιγγάνων. et sic Vict. e cod. an e coniectura, nescio.

V. 1273. Ald. Herv. 1. 2. Brub. Cant. τίς σ' ἀδικεῖ. σ' tacite delevit Barn.

V. 1280. σῆς δ' ἔχει δ. quum in vetustis codd. legi affirmasset H. Stephanus, scripserunt Canter. Barn. rell. pro σός. Recte Elmsl. monet παῖς παιδός pro uno vocabulo habitum esse, *nepos*, sicut πατὴρ πατρός ponitur pro πάππος.

V. 1282. cum sq. in Ald. rell. tribuuntur Baccho. Rectius hunc Pal. Agavae tribuit, ut vidit iam Tyrwhitt. Idem lacunam esse post hunc versum primus monuit. Huc retulerunt editores omnia, quae ad v. 1253. adscripsi; versum a Scholiaste Aristophanis allatum, Hermann. subiecit post v. 1282. Victorius annotavit: Videndum an aliquod hic mendum lateat: verba Διονύσου cum superioribus non cohaerent.

V. 1283. e scholiasta Dionysii Periegetae inedito v. 391. primus protulit Bredovius in epist. Pariss. p. 44. ubi cum duobus sqq. citatur. Cf. Osann. in Wolfii anal. IV. p. 546.

V. 1284. Canter. ἐκθηριωθεὶς et inde Musgrav.

V. 1285. Pal. ἁρμονίας.

V. 1286. Pal. ὄχων δέ μ. De explicatione vid. Musgravium.

V. 1292. Ald. Herv. 1. 2. Brub. κατιδρύσει. Pal. Flor. 1. καθιδρύσει, ut iam correxit Canter.

V. 1296. Brunck. et Hermann. εὐδαιμονεῖτ' ἄν, e Musgravii coniectura, quod ille vertit, *felices fuissetis*, hic rectius *essetis felices*. Hanc emendationem reprobaverat Herm. ad Viger. p. 813. Verum quidem est, in enunciationibus hypotheticis poni indicativum eo sensu, ut factum non esse significetur, quod certa conditione posita, futurum fuisse dictum erat. At hoc non est in vi indicativi ipsius positum, sed in natura rationis eius, qua res praeterita ad aliam, tanquam conditionem suam et causam, refertur. Nam qui dicit, si illud factum esset, factum etiam esset hoc, necessario significat, quum illud factum non sit, ne hoc quidem fieri potuisse: sublata enim hypothesi, sublatum est etiam consequens. Indicativus autem in enuntiationibus hypotheticis ponitur tantum aoristi, et imperfecti, aoristi, ubi duae res praeteritae commemorantur, imperfecti, ubi res, non praesens, sed e praeterito tempore in praesens continuata indicatur, ut supra 239 sq. εἰ μή σε γῆρας πολιὸν ἐξεῤῥύετο, καθῆσ' ἂν ἐν Βάκχαισι δέσμιος μέσαις, *iamdudum sederes; εἰ μὴ ἐκρύοιτο, κάθοι' ἄν*, esset *nunc primum sederes*. Quod si indicativus eam vim haberet, ut rem, quae certa aliqua conditione posita futura fuisset, non locum habere significaret, in re praesenti, quae fieri negatur, poneretur etiam praesentis temporis indicativus; at de re praesenti semper ponitur optativus, quia de eventu praesenti vel futuri ex verisimilitudine tantum aliqua indicari potest. Itaque optativus ponitur etiam post praeterita, quando conditio posita est in re praeterita. Ita h. l. τὸ σωφρονεῖν iamdudum locum habere debuisse significatur; id si factum esset, *nunc* felices essetis, εὐδαιμονοῖτ' ἄν, non εὐδαιμονεῖτ' ἄν, quod esset, iam antea et ad hoc usque tempus felices essetis, quum felices vos esse non dubitabatis.

V. 1297. 99. 1301. recte Agavae tribuere videtur Elmsleius, cuius sententiam probat etiam Hermann. V. 1297. Pal. *λισσόμεθά σ'.*

V. 1298. Pal. *ὄψ' ἐμέθεθ'* (sic) *ἡμᾶς. ὅτε δ' ἐχρῆν, οὐκ εἴδετε. εἴδετε* reponendum censuerunt etiam Heath. et Brunck quia Plusquamperf. *ᾔδειν* secunda pluralis esset *ᾔδειτε*, nusquam *ᾔδετε. εἶδον* quidem alibi semper est *vidi*, non *sciebam*, *cognoram*. Sophocles tamen Ai. 1026. dixit *εἶδες ὡς χρόνῳ ἔμελλέ σ' Ἕκτωρ καὶ θανὼν ἀποφθίσειν*, pro *ᾔδεις*. Sic etiam accipiendum videtur *εἴδομεν ἃ θροεῖς* Soph. El. 853. Apud Pind. Nem. 7, 36. *ἰδέμεν* est quidem *animo videre*, *perspicere*, sed hoc tam prope abest ab *intelligendi* vocabulo, ut, quomodo alterum pro altero poni potuerit, facile inde assequare. *ᾔδετε* quidem non nisi hoc loco pro *ᾔδειτε* legitur, gratum illud Elmsleio, qui antiquos *ἐπεπόνθεμεν*, — *θετε*, — *θεσαν* dixisse sibi persuasit ad Arist. Ach. 323.

V. 1299. Pal. *ἐγνώκαμεν ταῦτ'*, ut correxit Barn. et sic Elmslei. Hermann. Sed vix opus videtur. *μέν* nonnunquam poni, non sequente *δέ*, notum est. Vid. ad Phoen. 743. Med. 641. Et h. l. facile suppleri potest: *sed te tamen errori nostro ignoscere aequum erat.*

V. 1300. Ald. *πρὸς ἡμῶν.* Canter. *πρὸς ὑμῶν*, et sic Flor. 1. Vict.

V. 1302. Pal. *τάγε.*

V. 1303. Post hunc versum Elmslei. e Pal. addidit illum:

Διόνυσος

τί δῆτα μέλλεθ', ἅπερ ἀναγκαίως ἔχει.

V. 1305. Recte Herm. *φίλαι* languidissimum additamentum vocat. Eo quia caret Pal. delevit, signo lacunae ante *σύγγονοι* posito, ubi excidisse putat *παῖς τε.*

V. 1306. Elmsleius recte distinctionem post *τλήμων* delevit, quae nec in Ald. rell. est, primum apposita a Brunckio. Ita quum dicendum esset *ἐγώ θ' ὁ τλήμων, ὅς ἀφίξομαι* haec duo in unum coniuncta sunt.

V. 1307. *τὸ θέσφατον illud oraculum, quod Bacchus commemoravit* v. 1286 sq. Vid. ad Alc. 153. Eleganter tamen Herm. *ὅ τι δέ μοι τὸ θέσφ. qualecunque*

hoc mihi datum est oraculum, adducturum me esse etc. interpunctione minore post στρατόν v. 1308. posita; quanquam, quae tautologia in vulgata fuerit, et quomodo ea hac interpunctione sublata sit, non intelligo.

V. 1310. φύσιν om. Pal.

V. 1315. Ald. rell. στερηθεῖσα. Correxit Barnes.

V. 1316. Flor. 1. ἀμφιβάλεις.

V. 1317. Flor. 1. κηφῆναι. κηφῆνα Hermann. per commata a praecedentibus et sequentibus separavit, ut iungantur, τί μ' ἀμφιβάλλεις, κηφῆνα ὄντα, ὡς κύκνος. Nobis quidem interpunctio hoc commodi affert, ut, quo quidque pertineat, oculis videamus; recitari haec audientibus vix licebat alio modo haec accipere nisi sic ὄρνις ὅπως κηφῆνα ἀμφιβάλλει. Vereor ne cum Musgravio πολιόχρων κύκνον scribendum sit. Ita nec pietatis in parentem significatio oblitteraretur, relicto ὄρνις.

V. 1319. σμικρός ex Elmsleii sententia dedit Hermann.

V. 1320. ὦ πατρία Elmslei. et Blomfield. ad Aesch. Pers. 929. Ille posse etiam χαῖρε πατρῷα π. legi monet. Vid. ad Hec. 78.

V. 1323. Pal. στεῖχε νῦν. Ad τὸν Ἀρισταίου Brodaeus et Elmslei. οἶκον supplent, quamvis hic aliud huius ellipsis exemplum desiderans: nam εἰς διδασκάλου etc. diversa sunt. Herrmann. versum post hunc excidisse suspicatur, hoc etiam argumento usus, quod, quum v. 1320. 21. 22. respondeant versibus 1326. 7. 8. vs. autem 1324. 5. versibus 1331. 2. versibus etiam 1329. 30. hic duos anapaesticos respondere conveniat.

V. 1324. Eleganter Elmslei. στένομαί σε, quod recepit Hermann.

V. 1325. κασιγνήτους Ald. rell. κασιγνήτας Brunck. Cf. ad 1242.

V. 1326. Ald. rell. δεινῶς γὰρ δεινῶς. γὰρ delevit Brunck. Pal. δεινῶς γὰρ τάνδ' αἰκίαν. Hinc Hermann. δεινῶς γάρ τοι τάνδ' αἰκ. Elmsl. etiam τήνδ' αἰκείαν, de qua scriptura dixit ad Soph. Oed. C. 748.

V. 1328. Elmsl. coniicit τοὺς σοὺς εἰς τούσδ' οἴκους ἔφερε. τούσδ' Hermanno plane otiosum atque iners vi-

detur; sic autem scriptum fuisse τοὺς σοὺς, πάτερ, εἰς οἴκους ἔφερεν. Itaque inter σοὺς et εἰς signum lacunae posuit.

V. 1329 sq. Hac Bacchi oratione Hermanno nihil frigidius atque ineptius videtur. Itaque hos versus Cadmo tribuit, et in priore ἔπασχεν scripsit. Verissime: absurdum enim Bacchum, quum post v. 1303. loqui desiisset, nunc denuo quaedam dicere, et ea, quae iam supra dixerat.

V. 1339. Ald. rell. ἀγέρατον, quod tacite correxit Barn. Pal. ἀγέρατον ὄνομ᾽ ἔχων.

V. 1332. καὶ σύ γε om. Pal. et metri causa addita videntur Elmsleio et Hermanno. δ᾽ post χαλεπῶς e Reiskii coniectura addidit Herm.

V. 1335. Ald. λήψωμ᾽ οἰκτράς. λήψομαι Brunck. et Erfurdt. ad Soph. Ai. 190. Pal. λῃψώμεσθ᾽, unde Elmsl. et Herm. ediderunt λῃψόμεσθ᾽ οἰκτράς.

V. 1337. μ᾽ ἐςίδοι e Musgravii coniectura addidit Brunck.

V. 1338. Herv. 2. rell. ὅσσοισιν μ᾽ ἐγώ; unde Canter. et Milton. coni. ὅσσοισιν μιγᾶ. Primus Brunckius Aldinam lectionem revocavit.

V. 1339. θύρσου coni. Stephanus, quam coniecturam confirmat Pal. θύρσων Brunck. non *clam*, sed *tacite*.

V. 1340. Pal. βάκχαισι δ᾽ ἄλλαισι-μέλοιεν.

V. 1344. Pal. πόρων εὗρε θεός.

NOTAE IN HERACLIDAS *).

V. 1. Rectius Stob. X. p. 126. Gesn. *τοῦτό μοι δεδογμένον*: nulla enim emphasis est in pronomine, quae est Med. 817. Sic iudicat etiam Blomfield. in cens. ed. Elmslei. *Quart. rev.* 18. p. 351.

V. 2. *ἀνὴρ* non cum *δίκαιος* copulandum, sed iungenda sunt *πέφυκ' ἀνὴρ*, *vir fortis est aliis*, i. e. eos iuvat vel cum suo periculo. Similiter infra 993. El. 698.

V. 3. *ἀνειμένον ἐς κέρδος* Blomf. l. c. comparat cum lectionibus *corpora in Venerem solvunt* Virg. Georg. IV. 198. *solvitur in somnum* id. Aen. IV, 530. quae tamen aliquantum diversa sunt. Animus *ἀνειμένος ἔς τι* dicitur ita ratione et legibus solutus, ut uni alicui rei totum se dedat, reliqua omnia negligens, modo unum aliquod assequatur, quem Latini *effusum* dicunt. Locum Platon. Rep. VIII. p. 447. quem idem Blomf. citat, reperire non potui.

V. 4. Stob. *φίλοις τ' ἄχρ. καὶ συναλλάξαι β* Stob.

V. 6. *αἰδοῖ* recte interpretatur Elmslei. Omnino *αἰδώς* est *pudor, quo a rebus turpibus prohibemur*, non *pudor ob res turpes patratas*.

V. 7. Elmsl. *ἥσυχον ναίειν*, Blomfield. l. c. *ἡσύχῳ ν.* nescio quare in voce *ἡσύχως* offensi. Neque vero post *ἔξεστι* accusativum adiectivi usitatiorem esse, quam dativum, cum Elmsleio dixerim, qui dativum legitimum esse credam.

*) In hanc quoque fabulam annotationes habui Hermanni, quae secundis curis expolitae ad me redierunt die IV. m. Maii anni 1824.

V. 8. πλεῖστον Elmsl. satis leviter. Vid. Gramm. gr. §. 461. Lobeck. ad Soph. Ai. 1328. Blomfield. gloss. Pers. 333. — Flor. 2. εἷς ὢν ἀνήρ, quod idem in marg. habet Vict. Tum Ἡρακλέα dedi pro Ἡρακλεῖ e monitu Porsoni ad Med. 675.

V. 10. Ald. rell. τἀκείνου. Barnes. τὰ κείνου, quod metrum poscit.

V. 12. ἀπαλλάχθη pudendo errore Herv. 1. 2. Brub. Canter. Musgr.

V. 14. ἀλλ' ἐξέδραμον Ald. rell. et Codd. ἐξέδραμεν (ab ἐξέδραν) e Reiskii coniectura edidit Musgrav.

V. 18. Ald. rell. ἐς ὑμᾶς. Correxit Brodaeus.

V. 19. ὅποι γῆς Elmsl. Vid. ad Suppl. 762. ὅπου tamen Flor. 1. 2. Vict.

V. 21. π. προτιμῶν A. Ald. rell. προτιμᾶν Flor. 1. προτείνων e Canteri coniectura recepit Musgrav. Sq. v. ἔχθραν γενέσθαι Ald. ἔχθραν γε θέσθαι Pariss. E. G. Vict. quod recepit etiam Elmsl. In προτείνων inest significatio verbi λέγων: *Argorum urbem minaciter ostentans* et dicens *eam non parvum* (sed grave) *odium suscipere propter amicos* neglectos vel violatos, quo nomine se ipsum intelligit Eurystheus. Hermanno placet φιλεῖν, ἔχθραν τε θέσθαι. quod vix dubito, quin verum sit.

V. 23. τἀπ' ἐμοῦ i. e. τὰ ἀπ' ἐμοῦ, *opem quam ego fortasse ferrem.*

V. 33. Ald. rell. καθεζώμεσθα. Correxit Barnes.

V. 38. Ald. τόνδ' ἀφικ. ὅρον. MS. Steph. τήνδ' ἀφ. ὁδόν, quod receperunt Canter. Barn. Musgr.

V. 40. Ald. χαλκαίνω. Ex emendatione Brodaei καλχαίνω ediderunt Canter. Barn. καλχαίνων e MSS. scribendum esse monet Emslei. ad Bacch. 1130. et sic Flor. 1. 2. Vict. Optime: idem enim est ac si dixisset δύο δὲ γέροντες τῆς φυγῆς στρατηγοῦσιν, ἐγὼ μὲν-καλχαίνων.

V. 42. Ald. ἀπηγκαλισμένη. Reisk. coni. ὑπηγκαλισμένη, quod ipsum est in Flor. 1. 2. Vict.

V. 44. Erfurdt. ap. Herm. κατιβωμίους ἄγειν.

V. 46. Ald. rell. ζητοῦσιν ὅπῃ. Barnes. ζητοῦσ'. Pro

ὅπῃ Pariss. Flor. 1. 2. Vict. ὅπου, ut supra 19. ὅποι malit Elmslei.

V. 678. Par. E. apud Markl. ad Iph. A. 173. ὥς μὴ μ. Canter. l. c. καὶ συμμετασχεῖν. Portus καὶ δὴ μετ. Notam interrogationis deletam in Herv. 2. 3. Brub. Cant. revocavit Barn. denuo delevit Elmslei. sensum esse dicens καὶ ἥκιστα πρὸς ἐμοῦ ἐστι μὴ μετασχεῖν ἀλκ. μ. φίλοις. Ego supplendum censeo καὶ πρὸς ἐμοῦ ἐστι μὴ μετ. Saepe enim ex iis, quae praecesserunt, contrarium supplendum. Cf. ad Alc. 41.

V. 679. δρώσης Ald. et Codd. quod Herv. 1. 2. 3. Brub. in τρώσης depravarunt, Portus in τρώσης. Verum viderunt Canter. Duport. Scal. et ex Ald. revocavit Barn. qui etiam sensum recte declaravit.

V. 680. θένοιμι et vs. sq. θένοις est a Piersono Veris. p. 191.

V. 684. Edd. et Codd. ἀλλ᾽ οὖν μαχοῦμ᾽ ἀριθμὸν οὐκ ἐλάσσοσι. quae lectio recte suspecta fuit Erfurdtio ad Soph. Ai. 190. p. 516. propter diphthongum αι elisam, Elmsleio propter omissam particulam γε, quae alias post ἀλλ᾽ οὖν addi soleat. Itaque uterque scribendum coniecit ἀλλ᾽ οὖν μαχοῦμαί γ᾽ ἀρ. οὐκ ἐλ. quod non dubitavi recipere. Elmsleii vero explicatio melior videtur, supplentis ἢ οἷς ποτε (i. e. *iuvenis*) ἐμαχόμην.

V. 685. Ald. rell. σκήνωμα προςτίθεις. σήκωμα Par. G. Flor. 1. 2. Vict. De voce vid. Lennep. ad Phalar. p. 187. (206. Lips.) Tum Par. G. προτίθης, suprascr. ῆ προτιθείς. Flor. 1. προστιθῆς, 2. προστίθεις.

V. 686. Ald. rell. μή τι μ' ἔρ. Barn. μήτοι μ' ἔρ. et sic Par. G. Flor. 1. 2.

V. 688. Supra μενοῦντα in Par. G. Vict. scriptum μενοῦντος. Cf. Rhes. 145. Blomfield. tamen ad Aesch. Agam. 1394. se malle μενοῦντος dicit etiam post Elmsleii adnotationem. Mox Reisig. comm. crit. in Oed. C. p. 352. scribi iubet τἀμά σοι λέγειν πάρα. *me non mansurum, de me licet profiteri*, cuius constructionis similem aliam nondum inveni. τἄλλα significat quae praeterea dicere possit famulus de Iolai imbecillitate.

V. 689. Elmslei. ὁπλίτης, quia sic est in Androm. 459. γοργὸς ὁπλίτης φανείς. Quid sit ὁπλίτης ἄτερ τευχέων, fateor me non intelligere.

V. 691. Flor. 1. 2. οὖσι pro οἶσι, sed in 2 οἶσι supra scriptum al. m.

V. 700. ἡμετέραν Par. E. G. Flor. 1. 2. Vict. ὑμετέραν Ald.

V. 701. χρῆν Elmsl. Recte se habet χρή: sperat enim Chorus propter adhortationem suam sententiam mutaturum esse Iolaum: χρῆν valet de re facta, quae infecta reddi nequit. — τὴν ἡλικίαν Ald. rell. σὴν Porson. Adv. p. 268.

V. 705. λείπειν Elmsl. qui ubique post μέλλειν infinitivum praesentis reponendum censet. Tum Flor. 1. 2. σὺν τέκνοις ἐμοῖς.

V. 706. Flor. 1. 2. χρῆν. Ald. rell. μέλλειν· μέλειν, primus Stiblin.

V. 708. πᾶσι Ald. rell. παισί Cant. Aem. Portus Scaliger.

V. 714. Flor. 1. αὐτὸς εἶδεν.

V. 716. οὐκ ἐν τοῖσδε Barn. Musgrav.

V. 717. Ald. rell. ἀγών.

V. 718. μέλλοντος Ald. Herv. 1. μέλλοντας Herv. 2. rell. et sic Flor. 1. 2. Vict.

V. 722. Ald. ἔνθεν ὀξύνην. ἔνθες correxit Canter. et sic Par. E. G. Flor. 1. 2. Vict. ὀξύνην in ὀξύννην depravatum est in Herv. 1 sqq. hinc Canter. fecit ἀξίνην contra metrum. ὀξύνην revocavit Barnes. MSS. Steph. ἰξύνην, adscripto ἰγνύην.

V. 727. Ald. rell. ληφθείς. λειφθείς est ex emendatione H. Steph. et sic Flor. 1. 2. Vict.

V. 728. δοκῶ Ald. rell. Correxit Tyrwhitt. et δοκῶν Flor. 1. 2. cum commate post ἐγώ. Praeterea Elmslei. in *Mus. crit. Cant. I.* p. 487. σύ τοι βραδύνεις, οὐκ ἐγώ, nescio qua de causa.

V. 729. Scribendum videtur οὔκουν, *nonne igitur* -- ut Brunck. edidit in simili loco Aristoph. Plut. 257. οὔκουν ὁρᾷς ὁρμωμένους ἡμᾶς πάλαι προθύμως, ὡς εἰκός ἐστιν, ἀσθενεῖς γέροντας ἄνδρας ἤδη; pro οὐκοῦν -- ἤδη. quem comparat Bergler. Lenting. p. 97. confert Ter. Eun. V, 3. Chr. *move vero ocius te, nutrix.* Nutr. *moveo.* Chr. *video, sed nil promoves.*

V. 731. Ald. rell. σὺ ταῦτα λέξεις. οὐ pro σύ Reisk. et Heath. hic etiam ταὐτά.

V. 733. Elmsl. θείνοντα, θενόντα, ut scribendum coniecerat in *Edinburg. rev.* 18. p. 484. sententiae minus convenire monens. θενών autem et θενεῖν aoristi secundi esse monuit supra ad v. 272. Cf. Blomfield. ad Aesch. S. c. Th. 378.

V. 734. Ald. rell. ἤδη ποθ' ἥξομέν γε. εἰ δή pro ἤδη Scalig. Tyrwh. Heath. et sic Vict.

V. 738. οἷος pro ὥςτε, ut saepe. vid. exempla citata Gramm. gr. §. 479. not. 2. Sed et hoc singulare, quod optativus cum ἄν sequitur, non infinitivus, et quod verbum non ad eamdem personam refertur, ad quam praecedens, εἴθε γένοιο, οἷος ἄν -- θείην. Videntur duae constructiones in unam conflatae esse, εἴθε γένοιό μοι τοιοῦτος σύμμαχος, οἷον ἡβήσαντά σε μεμνήμεθ' ἡμεῖς, et εἴθε τροπὴν Εὐρυσθέως θείην, hoc deinde ad τοιοῦτος relatum.

V. 753. Sequentium responsionem antistrophicam primus indicavit Canter.

V. 745. Elmslei. post Musgrav. φαεσιμβρότου, quia

Homericum φαεσιμβρότου ἠελίοιο manifeste respexerit poëta. Propter hoc ipsum minus probabile est librarios Homericam locutionem in reconditiorem mutasse. Itaque idem V. D. ad Bacch. 121. iure veretur, ut Aldinam scripturam recte immutarit.

V. 746. Ald. Herv. 1. ἐνέγκατ'. Herv. 2. rell. ἐνέγκατε, ut dactylus responderet spondeo in antistr. Hermann. in notis MSS. ἐνέγκαιτ', quod probare videtur in elem. doctr. m. p. 540.

V. 747. Ald. rell. ἰαχήσατε.

V. 749. Ald. rell. γλαυκᾷ τ' ἐν Ἀθάνᾳ. Recepi emendationem Schaeferi ad Greg. Cor. p. 46. quam olim Hermann. etiam probabat. Nunc vero scribendum conicit: ὅς παρὰ θρόνον ἀρχέταν γλαυκᾷ τ' ἐν Ἀθάνᾳ μέλλει τᾶς πατρ. γᾶς, μέλλει περὶ δωμάτων, eum, qui secundum Iovis voluntatem, et favente Minerva, supplex receptus, de patria et domo dimicaturus est. Vid. ad Soph. Antig. 24.

V. 752. ὑποδεχθείς pro ὑποδεξάμενος, comparato χρησθείς pro χρησάμενος ap. Soph. Ant. 24. illustrat Reisig. comm. exeg. in Oed. C. 1421. Adde ἐτεκνώθη Phoen. 868. pro ἐτεκνώσατο. Sq. v. τέμνειν κίνδυνον non videtur esse *subire periculum*, sed *propulsare*, propter σιδάρῳ ita dictum.

V. 756. Ald. rell. et Codd. πολυαινέτου Canter. Barn. Musgr. πολυαίνετον, e Brodaei emendatione, ut suspicatur Elmslei.

V. 757. Ald. rell. et Codd. ἐμὲ χθονί. H. Steph. coni. ἐμῇ χθονί. Canter. ἐμᾷ χθονί. μῆνιν κεύθειν cum σκαιοσύναν φυλάσσων Soph. Oed. C. 1213. comparat Reisig. comm. exeg. in Oed. C. 1209. Vid. Elmslei. ad h. l.

V. 760. Legebatur καὶ λεύσιμον Ἄργος. Pro Ἄργος vet. cod. H. Steph. ἄλγος. κελεύσμασιν Ἄργους Musgrav. post Reiskium, quod firmari censet scriptura Par. E. κελεύσιμον Ἄ. Vulgata orta videtur e v. 60. ἐς Ἄργος, οὗ σε λεύσιμος μένει δίκη. Herm. coni. κελεύσιμον Ἄργος, *imperandi licentiam habens Argos malum est.*

V. 764. Ald. rell. ἥσσονές ποτ' ἂν εἶτ' ἐμοῦ φανοῦνται. Coniecturam H. Steph. et Scaligeri οὔτ' ἐμοῦ confirmant Flor. 1. Vict. e quibus ille ἥσσον οὔτ' ἐμοῦ φα-

νοῦνται. Idem fuerat in Flor. 2. sed recentior manus scripsit, quod editum est. Sed in sensu haereo. *Dii* (quod ipsum omitti durum est) *non inferiores apparebunt mortalibus*, quid sit, perspicuum est; sed quorsum additum *neque me inferiores sunt?* Nec iniuria Elmslei. in repetito ποτὲ haeret. ἂν futuro indicativi addatur, nec ne, quaeritur: nostrates concedunt: vid. Heind. ad Phaedon. §. 13. p. 22. Schaef. ad Greg. p. 66. cf. Gramm. gr. §. 598. d. Angli negant, in epico tamen et lyrico sermone, ni fallor, tolerantes. ‚ Erfurdt. l. supra ad v. 353. indicato ἥσσονές ποτ᾽ ἄνευ γ᾽ ἐμοῦ φανοῦνται, *nunquam mortalibus inferiores erunt, nisi ego quoque vincar.*" Reisig. de ἂν partic. p. 101. et in syntagm. crit. p. 43. οὔποτε θνατῶν ἥσσονές ποτ᾽ ἂν ἔκ γ᾽ ἐμοῦ φανοῦνται. Herm. in notis MSS. ἥσσονες ποτ᾽ ἄν, εἰ θεοὶ φανοῦνται, i. e. οὔποτ᾽ ἂν ἥσσονες εἴησαν θεοὶ, εἰ φανοῦνται. ἔν γ᾽ ἐμοί Lenting. p. 97. Reiskio sublegit.

V. 765. Elmsl. τὸ γὰρ οὖδας ob metrum e Musgrav. coniectura.

V. 766. σόν. Similiter vocabulum, in quo vis est, repetitur Rhes. 575. θρασὺς γὰρ Ἕκτωρ νῦν, ἐπεὶ κρατεῖ, θρασύς. Cf. Bacch. 921. ubi vid. Elmsl. v. 961.

V. 768 sq. Ald. πόρευσον, ἀλλὰ τὸν οὐ δικαίως. τὰ δ᾽ ἐπάγοντα δορύσσοντα στρ. Ἀργ. Pro ἀλλά Cant. ἄλλῃ, Scal. Barn. ἄλλᾳ. τᾴδ᾽ ἐπάγοντα Herv. 2. rell. Neque ad ἄλλᾳ (sic Musgr.) neque ad τᾴδ᾽ quicquam enotatum e Florr. ut hi ἄλλᾳ et τᾴδ᾽ habere videantur. δορύσσοντα Brunck. ad Soph. Ai. 1188. Erfurdt. ib. 1177. p. 636. Hermann. ib. 1167. contra Musgravium satis defenderunt.

V. 772. Ald. Herv. 1. ἀλλ᾽ ἐπεὶ σοὶ πολ. Herv. 2. ἀλλ᾽ ἐπεὶ σοι. Brub. Herv. 3. Stiblin. ἀλλ᾽ ἐπεί σοι. Canter. ἀλλ᾽ ἐπί σοι. Flor. 1. ἀλλ᾽ ἐπὶ σόν. Certe, quum in Musgrav. sit ἐπί, e Florr. nihil annotatum. Quum metra non aequentur, Hermann. pro πολύθυτος scripsit πολύθοινος, servans ἐπεί σοι, ego ἐςαεί.

V. 773. Par. E. κρίνεται. Tum Ald. rell. οὐδὲ κεύθει. Par. E. Flor. 1. 2. οὐδὲ λήθει, quod receptum damnat Musgrav. in Suppl. κεύθει Elmslei. quoque retinet, explicans *neque latet*, i. e. *neque celebratione carent*. quo sensu dubito, an κεύθειν sumi possit.

V. 775. Elmslei. νέων e Barnesii coniectura, non tam ob metrum, quam propter sensum; et Flor. 1. 2. νεῶν i. e. ναῶν. Sed quidni ναῶν ἀοιδαί esse possint solemnes cantus in templis instituti.

V. 776. Ald. rell. ἀνεμόεντι δέ γ' ἐπ' ὄχθῳ. Recepi egregiam Hermanni in not. MSS. et Erfurdtii ad Soph. Ai. 1177. emendationem, probatam etiam Reisigio comm. crit. p. 380. Nunc tamen Herm. mavult scribere ἀνεμόεντι δ' ἐπ' ὄχθῳ τῷδ'.

V. 780. Flor. 1. ἐμοί γε. Tum Elmslei. τοὔςδε „pro frigido illo τῷδε." Elegans est Iacobsii coniectura Em. in Eurip. p. 128. λέγειν τε τῷδε, quod non multum abest, quin pro vero habeam. Ad τῷδε adscriptum ἐμοί.

V. 783. διήλασεν quid sit, non facile dicas. Reisk. διήνυσεν, quod probat Hermann. in not. MSS. Diversum est et vix aptum sententiae, quod Elmsl. legendum coniecit διήγαγεν, de quo vid. ad Androm. 27. διήνυσεν eodem sensu, quo διήγαγεν apud Soph. usurpatur Or. 1658. cum participio iunctum; sed ubi significat *perfecit*, infinitivus sequi debet. Sed fortasse simili significatione h. l. διελαύνειν positum est, ut ἐλαύνειν τινὰ εἰς συμφοράν, Λοξίας δὲ τὴν τύχην ἐς τοῦτ' ἐλαύνει Ion. 68. Sic h. l. ἥδε ἡμέρα διήλασέ σε ἐς τοῦτο, ὥςτε ἠλευθερῶσθαι.

V. 784. Flor. 2. Vict. ἐλευθερῶσαι, (ῆ, σθαι written above) — Idem mox ἀγάλμασι. ἀγγέλμασιν Flor. 1.

V. 788. Placet Elmsleii correctio: ὁ μὲν γέρων οὖν ἔστιν Ἰόλεως ἔτι; Nam *Senex quidem Iolaus non hic adest* vertere non licet propter id, quod respondet famulus. Blomfield. in *Quart. rev.* 18. ὁ μὲν γέρων οὖν Ἰόλεως οὐκ ἔστι δή, ut Orest. 1069. 1074. quod vix verum ob δή, quo sequens versus finitur.

V. 789. πράξας γ'. Elmsl. recte. Tum Flor. 1. 2. Vict. μάλιστα δή.

V. 794. Elmsl. σημανεῖ.

V. 796. Elmsl. ἐκτείνοντας, ad ὁπλίτην στρατόν relatum. Sic scribere potuisse Euripidem nemo negabit, scripsisse nihil est quod credere cogat.

V. 800. Ald. rell. ἥκεις ἐπὶ τήνδε γαῖαν; οὐκ εἶα σὺ μὲν Καὶ τὰς Μυκ. Pro οὐκ εἶα σὰ μέν Vict. οὐχὶ τά σά.

εἰάσαμεν coni. Elmsl. Recepi Hermanni emendationem in notis MSS. mecum communicatam, sed, quum ille verterit, *quoniam hanc civitatem prohibemus*, i. e. *nolumus affligi*, ego, sic dici non posse censens, cum Heathio et Elmsleio unum versum vel duo excidisse puto.

V. 803. μάχῃ Ald. rell. μάχην Reisk. et Valcken. ad Phoen. 1235. quod probat etiam Schaefer. ad Lamb. Bos. p. 266.

V. 805. πατρῴας Flor. 1.

V. 808. λόγῳ. Ald. Herv. 1. λόγω Flor. 1. 2. λόγων Herv. 2 sqq. et sic MSS. Steph.

V. 809. Ald. rell. αὐτὸς αὐτοῦ. Barnes. αὑτοῦ. Vid Addend. ad Iphig. A. p. 368.

V. 815. Flor. 1. ἔγνωσαν. ἐντελουμένας.

V. 819. Elmsl. πλευροῖς. Vid. ad Iph. T. 288.

V. 820. Flor. 1. παρήγγελλ'.

V. 823. Ald. Herv. 1. ὅδ' αὐτὸ τἄργος. Herv. 2. Brub. ὅδ' αὖ τὸ τἄργος. Canter. ὅδ' αὖ τότ' Ἄργος. Tandem Commelin. ὁ δ' αὖ τό, τ' Ἄργος. Tum Elmslei. μὴ καταισχῦναι θέλειν, quia alioqui dici deberet οὐ κατ. θέλων, quod ita tantum verum est, si negationem cum participio iungere oportet, οὐ θέλων καταισχῦναι. sin cum infinitivo recte se habet μή, θέλων μὴ καταισχῦναι.

V. 828. Ald. rell. πόσον τινὰ τιναγμόν. Par. E. sec. Elmsl. ad Med. 569. πόσον τιναγμόν. πόσον τινὰ στεναγμὸν ex emendatione H. Steph. edidit Canter. et sic Par. G. Rom. C. sec. Elmsl. l. c. Flor. 1. 2. Vict.

V. 829. Legebatur μὲν νῦν. Elmsl. μέν νυν, ut emend. Schaefer. ad Soph. Ai. 1129. Cf. Reisig. comm. crit. in Oed. C. v. 96.

V. 831. ποὺς ἐπαλλαχθεὶς ποδὶ est id, quod Tyrtaeus dicit ap. Stob. I. p. 191. καὶ πόδα πὰρ ποδὶ θείς.

V. 832. μάχῃ Elmslei. quasi καρτερεῖν esset καρτερὸν εἶναι. Dele comma post στάς.

V. 833. Genitivum τοῦ κελεύσματος (κελεύματος vitium ed. Commelinianae in Musgrav. propagatum est). nemo interpretum explicavit; nec ego, quid eo faciam, habeo, nisi forte insolentem ellipsin comminisci velis;

ἦν δὲ πάντα μεστὰ τοῦ κτλ. Potest etiam versus excidisse hoc fere sensu: ἅπαντα μεστὰ, καὶ παρήγγελλον λόχοις. Hermann. in notis MSS. coni. ἦν 'γὲ τἀγκελεύσματα.

V. 834. Vict. Ἀργεῖον.

V. 837. Ald. rell. Ἀργείων contra metrum. Ἀργεῖον duo Florr. ut edidit Canter. Tum Flor. 1. ἐτρειψάμεσθ'. 2. ἐθρεψάμεσθ'.

V. 843. λέγοι μὲν ἄλλος Ald. rell. et Codd. λέγοιμ' ἂν ἄλλου Valck. ad Phoen. 826. λέγοιμ' ἂν ἄλλων Elmsl. et quia alibi est pluralis; ut Aesch. Pers. 266. Eur. Troad. 481, et quia terminationes -ος et -ων saepius inter se permutantur.

V. 844. γὰρ om. Flor. 1.

V. 849. ὑπὸ ζυγοῖς Ald. rell. et Codd. ἐπὶ ζυγοῖς Reisk. et Musgrav.

V. 850. σταθέντες Flor. 1. 2.

V. 851. παῖδά γ' οἱ Ald. et Codd. παῖδά θ' Reisk. παῖδά σ' vitium ed. Commel. in Musgrav. manavit.

V. 852. Ald. rell. ἐκδὺς αἰθρίου. Correxit Musgr.

V. 854. πόλεως Ald. Herv. 1. Ἰόλεως e Brodaei emendatione Herv. 2. rell. In Vict. annotatum: ἴσ. Ἰόλεως.

V. 858. Ald. rell. πάροιθεν· τῇ δὲ νῦν τύχῃ. Reisk. πάροιθεν· ἡ δὲ νῦν τύχη, eleganter. Sed multo leniore medicina Elmslei. πάροιθε· τῇ δὲ νῦν τύχῃ. ut est in Florr. duobus.

V. 871. Ald. rell. ἐμβατεύσεσθε. Musgr. ἐμβατεύσετε e Par. G. Sic etiam Flor. 1. 2. Vict. et teste Elmsleio ad Med. 93. not. h. Par. E. Rom. C.

V. 872. θήσετ' Flor. 1. pro θύσεθ'.

V. 878. Flor. 1. εὖ νιν.

V. 879. κρατοῦντα recte explicare videtur Hermannus in notis MSS. ut videas dominantem, et tuae dominationi subiectum, i. e. ut antea dominantem, sic nunc tuae potestati traditum. Ita malim: ὡς νιν ὀφθαλμοῖς ἴδοις Κρατοῦντα δὴ, σῇ δ. χ.

V. 881. ἀνάγκῃ Elmsl.

V. 883. μέμνησό μου Ald. rell. μέμνησό μοι Reisk. μέμνησ' ὁμοῦ Porson. Adv. p. 274. quod recepit Elmsl.

V. 885. ἐλευθερώσειν Porson. l. c. Elmslei. praeter necessitatem.

V. 888. Ald. rell. ἐνὶ δαί. Canteri emendationem ἐνὶ δαιτί recepit Barnes. ἐνὶ γε δαιτί absurdum est. Sed quum rarissimum apud Tragicos sit ἐνί, Elmslei. coni. ἐπὶ δαιτί. Sic Med. 196. ἐπὶ θαλίαις, ἐπί τ' εἰλαπίναις. Herm. ἔνι τε δαῖτες, i. e. ἔνεστι, et hoc pro ἔνεισι.

V. 889. Elmsl. εἴη τ', commate post δαιτί posito quia particulae μέν respondeat δέ v. 890. Recte, quod ἐμοὶ χορὸς μὲν ἡδύς - -, τερπνὸν δέ τι sibi respondere dicit. Sed idcirco δέ quod praecedit, non mutandum. Quod vero ad ἐμοὶ χορὸς μὲν ἡδύς, supplendum esse dicit εἴη, falsum puto. *Iucundae sunt choreae, iucundus amor; sed iucundum etiam amicorum felicitatem videre.* Ita ἐστί accommodatius.

V. 894. τελεσσιδώτειρ' Ald. rell. τελεσιδώτειρ' Paris. E. G. Flor. 1. 2. Quum ω in hac voce analogiae repugnare videretur, Blomfield. in *Quart. rev.* scribi iubet τελεσσιδότειρ', quocum consentire videtur Hermann. in nota editioni Elmsl. Lips. subiecta. Non dissimile est ὀλβιοδώτης, de quo vid. ad Hipp. 745. Nec miraculo est, inquit Lobeck. ad Phryn. p. 770. ex totius generis ambiguitate, δόσις, δωτύς, δοτήρ, δωτήρ etiam illuc aliquantulum transfluxisse. Nunc Herm. scribit τελεσσιδώτωρ.

V. 895. αἰών videtur esse *vita hominis*, notione diuturnitatis adiuncta, quo sensu Pindarus voce saepius utitur, etiam Aeschyl. Agam. 238. Blomf. Pro Κρόνου Vict. χρόνου.

V. 896. ὁδὸν - δίκαιον. Vid. ad Iph. T. 1169. ὁδὸς δικαία eodem sensu dictum est, quo toties apud Pind. ὁδοὶ εὐθεῖαι, σκολιαί. Sed Herm. interpungit: ἔχεις ὁδόν τιν', ὦ πόλις (δίκαιον | οὐ χρή ποτε τόδ' ἀφελέσθαι.) δίκαιον τόδε, hoc institutum.

V. 897. Elmslei. metri causa scribendum censet οὔ χρή ποτέ σ' ἀφελ. et τόδ' deest in Flor. 1. In 2 fuerat τοῦδε, sed deletum. Hermann. in not. MSS. οὐ χρὴ τόδε γ' ἀφελέσθαι. Et mihi τόδε ad sensum necessarium videtur. Haec verba διὰ μέσου posita sibi videri, Musgrav. vertendo significavit. Haud dubie sic proce-

dere debebat oratio; ἔχεις ὁδόν τιν', ὦ πόλις, δικαίαν, τὸ τιμᾶν θεούς, sed qui meminerit Graecos saepissime ex enunciatione secundaria nectere, quae ad primariam pertinebant, τιμᾶν θεούς potius cum τόδε iunget.

V. 898. ὁ δὲ μή σε φάσκων Flor. 1. 2. Vict. quod probat Elmslei. in Mus. crit. VI. p. 304. Vulgo deest σε. Herm. coni. ὁ δὲ μή γε φάσκων, qui etiam neget.

V. 899. Elmslei. μανιᾶν.

V. 903. 4. λύπης ἀφαιρεῖ Iph. A. 1585. vituperavi. Huius loci alia ratio est adiecto αἰεί. Non uno impetu superbiam deprimit deus, sed diversis temporibus.

V. 906. θεός γ. Ald. rell. τεός γ. MSS. Steph. Flor. 1. 2. Idem supra scriptum habent Pariss. E. G.

V. 907. Elmsl. φεύγω λόγον. Mihi verba ὡς τὸν ᾅδα δόμον κατέβα subiecti, quod vocant, vicem sustinere videtur pro τὸ αὐτὸν καταβῆναι λόγον φεύγει i. e. λόγον οὐκ ἔχει.

V. 909. Ald. rell. δαϊσθείς. Cum Elmsl. et Herm. scripsi δαισθείς a δαίνυμαι.

V. 910. ἐραστόν Flor. 1. 2. Vict. — χροΐζει. vid. Valcken. ad Phoen. 1619. Herm. ita hos versus distinguit, ut λέχος ad sq. v. referatur.

V. 913. Elmsl. ἀξίωσας, nefas fortasse putans in lyrico carmine Dorismum non ubique servari.

V. 914. συμφέρεται τὰ πολλὰ πολλοῖς dictum accipio pro πολλὰ πολλοῖς συμφέρεται τὰ πολλά, *multa multis plerumque congruunt*, *similia accidunt.* ut sit sententia generalis. Aliter illud τὰ πολλά explicare non possum. Hermann. ita explicat: Congruunt, quae multa sunt, multis, i. e. haec multa (Herculis honor) convenit multis eius liberis et utilis est.

V. 918. Ald. rell. ἔσωσ' ἐκείνας. Vict. ἔσωσε κείνας.

V. 919. ἔσχε δ' ὕβρεις Ald. rell. ἔσχεν δ' ὕβριν ob metrum Heath. et Musgrav. Elmsl. autem legere malit ἔσχεν δ' ὕβρις ἀνδρός, *cessavit*, quo tamen sensu usurpatum ἔχειν neque ipse aliis exemplis comprobavit, neque ego probari posse puto. Quum scriptum esset ἔσχε δ', metricus aliquis, quum scribere deberet ἔσχεν, ὕβριν

in ὕβρεις mutasse videtur, ut spondeo et anapaesto, Ἥβας τ' ἐρατόν, responderet dactylus et spondeus.

V. 920. πρὸς δίκας Flor. 1. pro πρὸ δίκας, quod Blomfield. in *Quart. rev.* explicat, *cui irae explendae facultas pluris erat, quam iustitia,* ut apud Plat. Crit. 16. (p. 543.) μήτε παῖδας περὶ πλείονος ποιοῦ, μήτε τὸ ζῆν μήτ' ἄλλο μηδὲν πρὸ τοῦ δικαίου. Hic si sensus est, pro βιαίως, pro quo in Par. G. est βίαιον, cum Musgravio legere malim βίαιος. Hermann. in not. MSS. ἔσχεν δ' ὕβριν ἀνδρός, ὡς θυ | μὸς ἦν πρὸ δίκας βίαιος. in quo illa ὡς θυ | μὸς ἦν, languere mihi videntur.

V. 925. Ald. r. ll. τῶνδε τ' οὐχ ἧ. Ex emendatione Canteri nov. lect. VII, 29. τῷδέ τ' edidit Barnes.

V. 926. Lenting. p. 97. τόθ', ad quod referatur ὅθ' v. sq.

V. 927. Ald. rell. πολυπόνων σὺν ἀσπίσιν. Hermann. πολυπόνῳ σὺν ἀσπίδι. ἀσπίδα, ubi *exercitum* significet, singulare fere adhiberi, ostendit Elmslei. πολύπονος ἀσπὶς autem *ad labores pugnae tolerandos aptum.*

V. 928. μείζω τῆς δίκης, quod hic non male legi posse dicit Elmsl. est in Flor. 1: 2. Vict. Sed vulgatam praefero.

V. 930. Ald. rell. καὶ μετέστησε τύχας. τύχαν MSS. Steph. τύχη Flor. 1. τύχην Par. E. G. Flor. 2. Vict. *et sortem eius immutavit.* τύχας ob βρέτας v. sq. τύχαν ob ἐναντίαν v. 929. scriptum videtur.

V. 932. Elmsl. ἵστασαν, quod tempus mihi non magis convenire videtur, quam *statuebant* tropaeum pro *statuerunt.* ἔστασαν significatione activa apud Homerum frequens est v. c. Il. μ', 56. Od. γ', 182. θ', 435. σ', 307. apud Tragicos hoc solo loco legitur. Sunt vero in hoc carmine plura ex antiquo sermone servata, etsi non tam multa, quam in Rheso, v. c. infra τίουσα v. 1008.

V. 936. rectius sine interrogatione legi censet Elmsl.

V. 938. ἐναντίους Ald. rell. ἐναντίον Elmslei. Herm.

V. 941. τὸν ὄνθ' ὅπου 'στι νῦν non est, ut Elmslei. explicat, τὸν οὐκέτ' ὄντα νῦν, sed τὸν ὅπου δήποτε νῦν ὄντα, *filium meum ubicunque nunc sit.* Quod qui dicit, hoc ipso significat, eum abesse, et fortasse mor-

tuum esse. Hinc Alc. 1102. post verba κείνην, ὅπου πέρ ἐστι (ubi tandem sit), τιμᾶσθαι χρεών, Admetus v. 1106. subiicere potuit, θάνοιμ' ἐκείνην, καίπερ οὐκ οὖσαν, προδούς. ubi non idem significant verba ὅπου πέρ ἐστι et καίπερ οὐκ οὖσαν, sed hoc ex illo sequitur. Nostra locutio comparari potest cum illis ἔπλευσ' ὅπως ἔπλευσα Orest. 79. ubi vid. not.

V. 943. ἐφυβρίσαι hic etiam Ald. rell. καθυβρίσαι Par. G. Flor. 1. 2. Vict.

V. 944. παρ' ἤδη Flor. 1. 2. Vict.

V. 954. χρὴ γάρ Ald. rell. At non agitur de eo, quod fieri etiamnum debet, sed de eo, quod faciendum erat, et quo dignus erat Eurystheus. Itaque recte Elmsl. post Reiskium χρῆν.

V. 956 sqq. Quae hic Nuntio tribuuntur, in Ald. rell. Chori sunt, quae Alcmenae, Nuntii, praeter quam v. 968. 970. ubi Ald. etiam Ἀλκ. Pro Ἀγγ. scribendum esse Ἀλκμ. vidit Barnes. pro Choro Nuntium substituit Tyrwhitt.

V. 956. Elmslei. οὐκ ἔστιν ὅσιον, qua de causa, nescio.

V. 957. Recte interrogandi notam in fine versus delevit Elmslei.

V. 960. τοῖσι δ' Ald. rell. τοῖσιδ' iam Barnes. τοισίδ' Elmsl. qui etiam interpunxit: τί δὴ τόδ'; ἐχθρ.

V. 962. δόξαν θ' Ald. Correxit Stiblin.

V. 963. Notam interrogationis addidit Barnes. Sed adversatur οἶμαι, quod sic in interrogatione poni non solet. In ironia solenne οἶμαι explicavit Elmslei. ad v. 512.

V. 964. Ald. μήδ' ὁρᾶν φάος ἔτι. Barn. μήδ' ὁρᾶν φάος τότε (voluit τόδε) Musgrav. μηδὲ φάος ὁρᾶν ἔτι, Erfurdt. ap. Herm. in not. MSS. μήδ' ἔτ' εἰσορᾶν φάος, ut Alc. 18. Herm. μήδ' ὁρᾶν φάος γ' ἔτι. Mihi verum vidisse videtur Barnesius, quem secutus est etiam Elmslei. et Lenting. p. 97. φάος τόδε in fine trimetri est Hipp. 904. 990. Alc. 1149. ἔτι adscriptum videtur ab aliquo, qui sensum postulare videret *Oportebat Eurystheum* non amplius *vivere*.

V. 965. Dele comma post πρῶτον. Sensus videtur esse: tunc primum iniuria facta est Eurystheo, quod vivus captus est in acie, non statim occisus. Nam ignominiosum est vivum capi. Igitur satis iam poenas dedisse Eur. monet Nuntius, ut non conveniat nunc eum interfici. Sed Hermann. Hic versus, inquit, iratam Alcmenam, non nuncium meliora suadentem, decet. Quare locum commutare debet cum sq. v., qui cum interrogatione prolatus nuntio aptissimus est, et omnino ibi, ubi dixi, positus facit, ut nexus colloquii restituatur.

V. 968. Ald. rell. ἔγωγε καὶ τί φημὶ κἂν μεῖναι τινά. Correxit Tyrwhitt. Hermann. autem malit ἔγωγε· καὶ γάρ φημι κἄμ' εἶναι τινά. Nam καίτοι ferri non posse.

V. 973. ὅςτις ἂν θέλοι Ald. rell. θέλῃ Flor. 1. 2. Reisig. de usu partic. ἂν p. 111. scribit: ὅςτις ἂν θέλοι. alioqui sequi debere λεξάτω, non λέξει. quod equidem non intelligo. Coniunctivum Elmslei. etiam reposuit.

V. 974. Flor. καὶ νῦν φρ.

V. 976. Musgrav. δεινόν τι κἀσύγγνωστον, quod probat Hermann. Equidem non intelligo, quomodo ἀσύγγνωστον dici possit Alcmenae, quod cum nuntio rixetur. Contra quae quis animi affectu abreptus facit συγγνωστά dicuntur, ut Androm. 937. Bacch. 992.

V. 978. Ald. rell. θωπευσαντά σε. Canter. Barn. Musgrav. θωπεύσοντά σε, et sic Flor. 2.

V. 979. ἐμῆς, quod exciderat in Herv. 1. ex Ald. restituit Barn.

V. 980. ὀφλεῖν recte Elmslei.

V. 982. ἤδη γε Ald. rell. ᾔδη γε a Schaefero correctum (sic etiam Lenting. p. 97.) memorat Hermann. in not. MSS. ipse malit ᾔδη δέ. Elmslei. οὐ δῆτα, σοὶ μέν.

V. 983. Ald. rell. Ἡρακλέϊ, quam formam Atticis recte abiudicare videtur Porson. ad Med. 675.

V. 989. συνθακῶν, ut scripsit Elmslei. pro συνθακών, est in Vict.

V. 990. δηώσας Ald. rell. διώσας coni. Erfurdt. apud Herm. not. MSS. et Seidler. de vers. dochm. p. 102. et sic Flor. 1. 2. Vict.

V. 994. ἀκούσεται τά γ' ἐσθλά e Canteri emenda-

tione edidit Musgrav. τά deest in Ald. absorptum a praecedente ται.

V. 996. πρὸ τῶνδε Flor. 1.

V. 999. Ald. rell. τἀμὰ γίγνετ᾽ ἀσφ. Emendavit Musgrav. probante Erfurdtio ad Soph. Ai. 190. Flor. 1. τὰ μὲν γένετ᾽ ἀσφ.

V. 1000. οὔκουν sine nota interrogationis Ald. Herv. 1. 2. Brub. Hanc notam primus addidit Canter. puncto post κακοῖσιν relicto, quod Barnes. in comma mutavit. Οὔκουν Musgrav. Notam interrogationis reprehendit Elmslei. Esse enim ironiam. Tum scribendum Ουκοῦν vel Οὐκ οὖν cum Elmsleio. Tum recte Reiskius σύ γ᾽ ἂν λαβοῦσα. ut edidit Elmslei. prob. Herm. nam ἀναλαμβάνειν est vel *recuperare* vel *reparare*.

V. 1001. δυςγενῆ Ald. rell. δυςμενῆ MSS. Steph. quod receperunt Canter. Barnes. Musgr. Elmsl. Aristoph. Vesp. 1155. ἐγὼ γὰρ ἂν τλαίην ὑποδύσασθαί ποτε Ἐχθρῶν παρ᾽ ἀνδρῶν δυςμενῆ καττύματα comparat Bergler. ad eum l.

V. 1005. Verba τοῖσιν Ἑλλ. νόμοις recte cum sqq. coniungit Elmslei. post Heath. et Musgrav. Quod idem coniicit propter verba πόλις τ᾽ ἀφῆκε v. 1007. legendum esse vel τοῖσί θ᾽ Ἑλλ. νόμοις vel sq. v. οὐθ᾽ ἀγνός εἰμι, equidem minus necessarium esse puto.

V. 1006. κατθανεῖν Elmslei. propter Soph. Oed. C. 37. ἔχεις γὰρ χῶρον οὐχ ὁγνὸν πατεῖν. Qui οὐχ ἁγνός εἰμι κατθανεῖν dicit, significat τὸ κατθανεῖν praecedenti verbo tanquam causa aliqua, effici, ubi etiam ὥςτε κατθανεῖν dici posset; qui κατθανών, verbum ἁγνός absoluto, ut ita dicam, sensu accipit, et idem discrimen est inter utramque vocem, quod inter ξύμφορόν ἐστι ταῦτα πραχθῆναι, et ξύμφορά ἐστι ταῦτα πραχθέντα et alia, quae attuli Gramm. gr. §. 550. not. 4.

V. 1009. πρὸς ἅ γ᾽ εἶπας. Anapaestus tribus vocibus inclusus sine exemplo est in antiqua tragoedia. Itaque πρός delendum monuit Hermann. Praef. Bacch. p. XLIII. cui se non multum repugnare fatetur Elmsl. ipse tamen edidit προςεῖπας, ἀντήκουσας, quod mihi sophista aliquo seriorum temporum, Alciphrone, Longo, aliis, dignum videtur. ἅ γ᾽ εἶπας non ipsa verba, quibus usa erat Alcmena, significat, sed universam eius sententiam verbis

expressam, seu summam orationis, quae in conviciis ingerendis Eurystheo posita erat. Haec igitur convicia vicissim in Alcmenam confert Eurystheus. — Sequentium hic sensus mihi esse videtur; *ex his* quae vicissim in te congessi, *me et supplicem*, qui mortem deprecetur, *et fortem*, qui mortem contemnat, *dicere licet.* καλεῖν τὸν προςτρόπαιον, ut supra 973. πρὸς ταῦτα τὴν θρασεῖαν λέξει. Cf. ad Iph. A. 1333. Gramm. gr. §. 266. extr.

V. 1011. ἔχεις Flor. 1. 2. Vict.

V. 1012. Ald. rell. ἀχθοίην, ad quod corrigendum H. Stephani MSS. opus fuit. ἀχθοίμην etiam duo Florr. Vict.

1013. Χο. ἢ Ἀγγ. praefigit Par. E. Vict. μικρόν Ald. rell. σμικρόν Flor. 1. 2. Elmslei.

V. 1015. Ald. rell. τί δ' ἂν θάνητε. θάνῃ τε primus Portus, et sic Vict. Florr. θάνῃ τε Stibl. ἦν pro ἂν scripsit Elmsl. et πιθώμεθα quamvis, τὸ πείθεσθαι actionem continentem significet, non certo temporis articulo inclusam, ut τὸ θανεῖν.

V. 1017. Flor. 1. κἀγὼ διδ.

V. 1019. τὸ γὰρ σῶμ' non habeo pro accusativo absoluto quem vocant, sed iungo τὸ γὰρ σῶμα διδόναι οὐκ ἀπιστήσω πόλει, ut πείθεσθαί τι τινί dicitur.

V. 1021. Ald. rell. τήνδε δή πτ. Elmsl. τήνδε δὲ πτόλιν.

V. 1026. δίκας πάροιθε Ald. rell. δίας coni. Canter. recepit Barnes. et sic Flor. 1. 2. Vict.

V. 1028. ἀεί Flor. 1. 2. pro αἰεί.

V. 1032. πεπεισμένος MSS. Steph.

V. 1033. χρησμὸν ἠρόμην θεοῦ Ald. rell. γρ. ἠρούμην MSS. Steph. γρ. ἠδούμην legendum coni. Musgrav. αἰδεῖσθαι est *revereri, et propter reverentiam obtemperare.*

V. 1034. Ald. rell. νομίζω. Barnes. in marg. νομίζων, quod recepit Musgrav. Tum μείζω Ald. rell. E Flor. 1. 2. Vict. recepi κρείσσω.

V. 1035. κοὐκ ἂν προδοῦναί μ', id est ὅτι οὐκ ἂν προδοίη με, quod lenius est, quippe e veri similitudine tantum aliqua dictum, quam οὐκ ἂν προδώσειν με. Vid. Gramm. gr. §. 597.

V. 1036. μήθ' αἷμ'. Respicit ad superstitionem, qua puellas vel pueros deo vel heroi immolabant ad iram eius avertendam, ut Polyxenam Achilli. In fine Ald. τόπον. Heath. recte τάφον.

V. 1041. ἐξ ἡμῶν Ald. rell. ἐξ ὑμῶν Par. E. G. ut iam coniecerat Brodaeus et ediderat Barn.

V. 1042. De praesenti κτείνειν vid. Hermann. ad Med. p. 394. ed. Lips.

V. 1044. Scribe ἁνήρ.

V. 1048. ταῦτα recte Elmslei. defendit contra Heathium reponentem ταὐτά. In fine haec notavit Hermann. in not. MSS. Fabulae extrema pars videtur intercidisse, in qua fieri non poterat, quin de Macaria referretur, eaque res solitis celebraretur lamentis. Potuerunt in ea fabulae parte locum habere duo isti trimetri, quos Stobaeus in Floril. Tit. LXXIX. (p. 335. Grot. LXXVII. p. 454. Gesn.) ex Heraclidis affert. Quamquam in ed. Trincav. omissum est fabulae nomen. Haec ille. In exemplo ed. Grot. Valcken. Tit. Heraclidis delevit, et pro eo scripsit incerto drami. Musgrav. fragm. inter falso citata retulit IV. p. 593. (479. editionis Lips.)

IN HELENAM.

Fabulam, quam in hac tragoedia sibi tractandam sumsit Euripides, a sacerdotibus Aegyptiis se accepisse scribit Herodotus II, 112—120. Narrat autem, Paridem cum Helena rapta tempestate in Aegyptum delatum, ibi vero comprehensum et ad Proteum regem adductum Helenam et quas cum illa rapuisset opes, apud regem relinquere coactum esse, ipsum Troiam rediisse. Graecos vero Troiam oppugnasse, quamvis negantibus Troianis Helenam apud se esse, capta demum urbe, errorem suum agnovisse. Alii a Stesichoro hoc inventum esse narrant, ut Plato Rep. IX. p. 586. C. (269. Bip.) *καὶ περιμαχήτους εἶναι, ὥςπερ τὸ τῆς Ἑλένης εἴδωλον ὑπὸ τῶν ἐν Τροίᾳ Στησίχορος φησὶ γενέσθαι περιμάχητον ἀγνοίᾳ τοῦ ἀληθοῦς.* Aristid. Milt. T. II, p. 54. *ἀλλ' ὥςπερ τῶν ποιητῶν φασί τινες τὸν Ἀλέξανδρον τῆς Ἑλένης τὸ εἴδωλον, αὐτὴν δὲ οὐ δυνηθῆναι,* ubi Schol. *εἰς Στησίχορον αἰνίττεται. λέγει γὰρ ἐκεῖνος, ὅτι ἐλθὼν ὁ Ἀλέξανδρος ἐπὶ ταύτης τῆς νήσου τῆς Φάρου ἀφηρέθη παρὰ τοῦ Πρωτέως τὴν Ἑλένην καὶ εἴδωλον αὐτῆς ἐδέξατο.* Vid. Stesich. fr. apud Fulv. Ursinum p. 86. ap. Blomfield. p. 263. Ex Anticlide Eustath. ad Il. δ', p. 173. narrat, Helenam apud Proteum in Pharo insula asservatam esse, nihil de Menelai in Aegyptum adventu; idem ad Il. γ' p. 301. ea repetit, quae Herod. l. c. c. 120. tradiderat. Ex Herodoto sua sumsisse videtur etiam Philostratus vit. Apoll. IV, 16. p. 153 sq. Heroic. 20. p. 693. Euripidem autem sequi Sext. Empir. VII. §. 181. 255. Simili commento Ovid. Fast. III, 702. de Caesare: *Quae cecidit ferro, Caesaris umbra fuit.* Iniuria igitur a nonnullis, ut a Schlegelio *über dram. Kunst und Litt.* p. 261. reprehensus

est Euripides, quasi miram hanc fabulam, comoediae ingenio aptiorem, ipse finxisset. Quod vero comoediae eam aptiorem dicit, hac una ratione pro vero haberi potest, quod fabulae exitus talis est, ut ii, quibus nos faveremus poëta arte sua effecit, ea assequantur, in quibus consequendis elaboraverant; idem vero exitus est Orestis, Alcestidis, quam idem p. 247. summis laudibus effert, Iphigeniae Tauricae, Heraclidarum, Ionis. Discrimen vero, in quo et Helena et Menelaus versantur, quis tandem comoediae aptum esse dicat? et si Theoclymenus astutia et dolo fallitur, nonne idem accidit Thoanti in Iphigenia Taurica? Si vero Stesichorus huius fabulae auctor fuit, vereor ne vanitatis cum aliis multis, tum hoc argumento convincatur sacerdotum Aegyptiorum gens, quae rem tanquam ex annalibus suis petitam narraverit, quam verisimile est eos a Graecis demum accepisse: nam Stesichorus vix octoginta annis post Aegyptum a Psammeticho exteris nationibus patefactam vixit.

V. 1. καλλιπαρθένους ῥοάς Schaefer. ad Schol. Apoll. Rh. p. 287. recte explicat καλὰς καὶ καθαράς.

V. 2. 3. πέδον et γύας figura ἐκ παραλλήλου sibi respondent. Vid. ad Or. 1432. Ph. 1035. 1517. Lobeck. tamen ad Soph. Ai. 459. coni. ὑγραίνει χοαῖς. Vid. Reisig. comm. crit. in Oed. C. p. 290. V. 3. pro γύας Ald. rell. Flor. 1. 2. γυίας. Vid. ad Phoen. 746.

V. 7. Αἰακοῦ ex emendatione Musgravii et Valcken. ad Callim. fr. p. 114. pro Αἰόλου.

V. 9. μέν post Θεοκλύμενον inseruit Scaliger, ut versui subveniret. Barnesius: Si iambum et tribrachyn ex primo vocabulo feceris, tum dactylum, dein tres iambos, versus satis sibi constare videbitur. Et Θεοκλύμενε secunda longa legitur infr. 1643. Tunc versus similis est illi, Αἰνῶ σε, Μενέλα᾽ ὅτι παρὰ γνώμην ἐμήν Iph. A. 496. Cf. Or. 303. 238. Cf. Reisig. Coniect. p. 245 sq. Etiam post Θεοκλύμενον μὲν ἄρσενα requirebatur παρθένον δέ. Itaque μὲν rursus eiiciendum censeo.

V. 10. 11. Legebatur εὐγενῆ τε παρθένον Εἰδώ. Sed

nomen puellae omitti non debebat, quum pueri memoratum esset, et additum sit, quo nomine illa appellata esset adulta. Itaque Musgrav. versum post v. 11. intercidisse suspicabatur, ut κεκλημένην πρὸς πατρὸς Εἰδοθέαν ἀεί. Sed nec εὐγενής εἶδος usquam legitur, quamvis εὐγενὴς δέρη, εὐγενὴς παρηῒς, εὐγενὲς πρόςωπον dicantur. Εἰδὼ diminutivum ab Εἰδοθέα ductum commemorant Etymol. M. p. 264, 7. 505, 34. 760, 54. Etym. Gud. p. 316, 31. 531, 26. Hoc itaque non dubitavi reponere, diminutivo locum esse ratus propter adiuncta τὸ μητρὸς ἀγλάϊσμ', ὅτ' ἦν βρέφος.

V. 12. ὡραίαν recte Musgr. pro ὡραίων. ἥβη ὡραία γάμων est ὥραν ἔχουσα γάμων. vid. Herod. I, 107. 196. Xenoph. Cyr. IV, 6, 9.

V. 17. ἔστι δὲ δὴ Ald. rell. ἔστιν δὲ δή Barnes. Vict.

V. 20. ὑπ' αἰετοῦ. Musgr. coni. ἀπ' αἰετοῦ. Mihi si hoc in Codd. et edd. legeretur, scribendum videretur ὑπ' αἰετοῦ. nam ubi is nominatur, a quo vel per quem actio perficitur, quam verbum declarat, haec ratio praepositione ὑπό exprimitur, ut Τρῶες Ἀρηϊφίλων ὑπ' Ἀχαιῶν Ἴλιον εἰςανέβησαν Il. ρ', 319. 336. ἀπό autem remotionem tantum significat. Hic autem duae locutiones in unam conflatae videntur, φεύγων δίωγμα αἰετοῦ, et φεύγων ὑπ' αἰετοῦ.

V. 27. εἰ καλόν. Sic Ald. Brub. Herv. 1. et Codd. ὅτι καλόν Herv. 2. Cant. ὅ, τι καλόν Barnes.

V. 29. λιπὼν δὲ βούσταθμ' Ἰδαίας χθονός Elmslei. ad Iph. T. Mus. cr. VI. p. 296. not. vix satis idonea de causa.

V. 32. Ἀλεξάνδρῳ Ald. Brub. Herv. 1. 2. Canter. et Codd. Ἀλεξάνδρου Barnes. Musgr. Vulgata non erat, cur mutaretur; Barnesii tamen lectionem, si in uno saltem codice legeretur, ipse etiam praeferrem, ut exquisitiorem.

V. 40. Quae hic et Orest. 1636. de Iovis et deorum consilio tradit Euripides e Stasini Cypriis sumsit. vid. Schol. min. ad Il. α', 5.

V. 42. Nisi cum Musgr. legendum προὐτέθην, non satis probabiliter, hoc etiam exemplum est mediae vocis pro passiva positae, quod fieri posse non dubitat Schaef. ad Gnom. p. 166. negat Lobeck. ad Phrynich. p. 319.

sed non, nisi locis, quae adversarentur, e coniectura correctis.

V. 43. Ἕλλησιν. Sic recte Flor. 1. 2. Vict. ut dedit Barn. pro Ἕλλησι.

V. 46. ἱδρύσσατο Flor. 1. Paulo ante v. 44. comma post αἰθέρος positum transfer post Ἑρμῆς, ut haec cohaereant: ἐν πτυχαῖσιν αἰθέρος νεφέλῃ καλύψας.

V. 50. ἀναρπαγάς cum delectu positum de eo, qui subito, uno velut impetu, abripitur. Vid. Valck. ad Phoen. 1086. ad Herod. p. 720, 42. Frustra Barnes, ἂν ἁρπαγάς.

V. 54. Herv. 2. καπάρατος errore typographi.

V. 58. γνόντος sc. αὐτοῦ, pro σὺν ἀνδρὶ γνόντι. Vid. Schaef. ad Lamb. Bos. p. 51. et Gramm. gr. §. 561. b.

V. 59. ἵνα μὴ λέκτρ᾽ ὑποστρ. τ. cum θεοῦ τόδ᾽ εἰςήκουσ᾽ ἔπος Ἑρμοῦ iungendum recte monuit Musgr. Poterat etiam scribi ἵνα μὴ λέκτρ᾽ ὑποστρώσαιμί τῳ, sed hoc esset, ne *aliquando, si tempus ita ferret*, alicui nuberem, et de re, quae fieri posset, valeret; nunc ἵνα μὴ ὑποστρώσω τινὶ dicit, quia hoc ipso tempore in eo discrimine est, ut Theoclymeno nubere cogatur.

V. 61. ἄσυλος ἦν γάμων i. e. οὐκ ἐσυλώμην τοὺς γάμους, vel οἱ ἐμοὶ γάμοι οὐκ ἐσυλῶντο.

V. 65. Codd. et edd. διασώσῃ, sc. Πρωτεύς, quod mutatum non oportuit.

V. 69. V. D. in *Quart. rev.* 18. p. 358. corrigit πλουτεῖ γὰρ οἶκος ἄξι᾽, ὡς προςεικάσαι. temere. Duae sunt lectiones in unam confusae, οἶκος γὰρ ἄξιός ἐστι Πλούτου, et οἶκος ἄξιός ἐστι προςεικάσαι οἴκῳ Πλούτου.

V. 74. 5. Ald. rell. Vict. θεοί σ᾽ ἴσον μίσημ᾽ ἔχεις Ἑλένης, ἀποπτ. Flor. 1. 2. θεοίς (sic) ὅσον μίσημ᾽ ἔχ. Ἑλένη σ᾽ ἀποπτ. sed in 2 correctum, ut est in Musgrav. ed. qui μίμημ᾽ e Stephani MSS. recepit post Canterum et Barnes. ὅσον i. e. ὅτι τοσοῦτον. De ἀποπτύσαιεν vid. ad Hec. 803.

V. 76. πόδ᾽ εἶχον egregia est correctio Tanaqu. Fabri, probata Musgravio et Elmsleio ad Iph. T. Mus. cr. VI. p. 291. pro πότ᾽ εἶχον. Elmsl. l. c. malit etiam πτεροῖ

pro πέτρῳ, credo, ut πτερῷ sit pro οἰστῷ, quo sensu an illud ponatur, ipse viderit.

V. 77. Ald. rell. et Codd. ἀπώλλυσ', ἵν' εἰκοῦς „Egregie Reiskius ἀπολαυσιν εἰκ. Vid. Musgr." Porson. ad Arist. Plut. 314. p. 95. ed. Lips. Pro ἀπώλλυσ' Par. E. ἀπώλεσ'.

V. 78. τί δ', ὦ τ. i. e. τί δέ μ' ἀπεστράφης, ὅστις ὤν μ' ἀπεστρ. Vid. ad Orest. 403.

V. 83. Med. 661. πόθεν γῆς τῆσδ' ἐπιστρωφᾷ πέδον.

V. 85. Flor. 1. 2. οὔτ' pro οὐκ, sed correctum in 2.

V. 86. Ob anapaestum in quarta sede Heath. em. ἀτὰρ τίς εἶ ποτε; τίνος; ἐξ. Porson. Adv. p. 269. ἀτὰρ τίς εἶ; πόθεν; τίνος τ'; αὐδᾶν σε χρή. V. D. in *Quart. rev.* 5. p. 393. ἀτὰρ τίς εἶ; πόθεν πότ'; ἐξ. Elmslei. ad Soph. Oed. T. 329. ἀτὰρ τίς εἶ, πόθεν; τὰ σ' ἐξαυδᾶν σε χρή. i. e. τὰ σά, citans Soph. Oed. T. 450. Phil. 339. El. 1499. Quid verum sit latet. Vulgatae satis grave patrocinium habere videtur responsio, et hac de causa locum sine corruptelae suspicione citat Valck. ad Theocr. Adon. p. 382. sed fortasse ob hoc ipsum, ut ad singula interrogata responderetur, Grammaticus illud πόθεν invexit, quo iam v. 83. interrogaverat Helena.

V. 88. Elmsl. ad Heracl. 839. τούσδ' ἐπιστρέφει γύας, femininum γύη Atticis ignotum fuisse existimans.

V. 100. Ald. rell. Codd. θανὼν δ' ὅπλων ἕ. Recte Aemil. Portus θανὼν ὅδ' ὅπλ.

V. 103. πήμασιν Vict. ut edidit Barn.

V. 109. Ald. ἀπώλλυνται.

V. 115. Flor. 1. 2. Σπαρτιάτην.

V. 124. ἐν Ἄργει γ' οὐδ' e Musgr. coniectura pro ἐν Ἄργει οὐδ.

V. 127. πορθμὸς αὐτὸς Ald. rell.

V. 131. Flor. 1. 2. Μενέλαον οὔτις εἶδ'. Ald. etiam et rell. Μενέλαον, non Μενέλαων, ut annotavit Musgr. Μενέλεων est a Barnesio.

V. 135. Ald. rell. et Codd. οὔπω νιν Ἑλ. Correxit Musgr. et Vict. οὔπω (ἤπου). Sed videndum, an οὔπω eo sensu

positum sit, quo alias οὔ τί που usurpatur, num, quod est eius, qui rem, de qua quaerit, factam non esse cupit, vel an vera sit, dubitat. vid. supra 95. infra 475. 541. et quo οὐ δή ποτε ponit Soph. El. 1108. 1202. Trach. 876. De confusis οὔπου et ἤπου vid. Markl. ad Iph. A. 670.

V. 138. Flor. 1. 2. καὶ οὐ τεθν. sed in 2 κού supra scriptum. In fine λόγῳ scribendum videbatur Schaefero melet. cr. p. 16.

V. 154. Blomfield. gloss. Aesch. Pers. 55. magnopere suspicatur legendum κυσὶν γεγηθώς, quamvis multa exempla ibidem afferens partic. πειθόμενος, πεποιθώς ita usurpatorum, ut latina *fidens*, *fretus*.

V. 164. 5. 6. faciunt προῳδόν.

V. 169. γόοις e Par. E. addidit Musgrav. Idem habent Flor. 1. 2. Vict.

V. 172. σύνοχα i. e. σύνῳδά, ut Bacch. 147. λωτὸς ὅταν εὐκέλαδος ἱερὸς ἱερὰ παίγματα βρέμῃ σύνοχα φοιτάσιν εἰς ὄρος. Proprie dicendum erat — συρίγγας δάκρυα φερούσας συν. κακοῖς τοῖς ἐμοῖσι, πάθεα συν. πάθεσι, μέλεα συν. μέλεσι. Pro hoc ipsas σύριγγας per appositionem vocat δάκρυα, πάθεα, μέλεα. Sic infra 195 sq. Ἰλίου κατασκαφά vocatur δάκρυα. Vid. Gramm. gr. §. 432. not. 2. ad Phoen. 1353. ad Andr. 291.

V. 174. μουσεῖα hic esse videntur *coetus carmina lugubria canentium:* nam de loco, ubi Musis quis vacat, (quo sensu loca infera carminibus resonantia Passovius in lex. gr.) accipere vetat adiunctum πέμψαις. μουσεῖα *cantus* interpretatur Brodaeus.

V. 177. Ald. rell. et Codd. παρ' ἐμὲ | θ' ὑπὸ μέλ. Recte Seidler. de verss. dochm. p. 102. not. † † παρ' ἐμέθεν. Totum locum sic legendum existimat Lobeck. ad Aiac. 611. φόνια, φάνι', ἀχάριτας | ἵν' ἐπὶ δάκρυσι παρ' ἐμοῦ | ὑπὸ μέλαθρα νύχια παι | ἄνας ὀλομένοις λάβῃ, eiecto νέκυσιν. sin hoc retineatur scribendum νέκυσι μελομένοις. Similiter Elmslei. ad Iph. T. 566. φόνι' ἀχάριτά θ'. Ego χάριτας non existimo mutandum esse, quod interpretor *carmina*, vel *cantus*: cantus lugubres quum accepti esse fingantur diis inferis, vix dici h. l. poterat ἵνα ἀχάριτας παιᾶνας λάβῃ. Hoc χάριτας, *can-*

tus, explicatur adiecto *παιᾶνας νέκυσιν ὀλομένοις*, quod recte defendit Seidler. ad Iph. T. 174.

V. 181. Ald. Brub. Herv. 1. 2. Canter. *ἁλιοπέπλους* una voce. Hinc *ἁλίου* (i. e. *ἁλίου*) *πέπλους* Scaliger. quod recepit Barnes. Rectius Canter. em. *ἁλίου πέπλ.* *ἁλίου* superscriptum habet Par. E. Vict. et solum sine *ἁλίου* Par. 1. 2. Itaque recepit Musgr.

V. 182. Flor. 1. *ἐν ταῖς χρυσέαις αὐγαῖσιν.*

V. 183. *θάλπουσ', ἀμφί τ' ἐν δόνακος ἔρνεσιν* Ald. rell. Recepi emendationem Seidleri de verss. dochm. p. 102. not. ††.

V. 185. tanquam in parenthesi positus est, et cohaerent *ἔνθεν οἰκτρὸν ἀνεβόασεν, ὅ τι ποτ' ἔλ. αἰάγμ. στ.* *Νύμφα τις οἷα ναΐς.* *ἔλεγον* deest in Flor. 1. Pro eo *θρῆνον* Flor. 2. sed alia m. delevit et supra scripsit *ἔλεγον.*

V. 186. Legebatur *ὅτι ποτ' ἔλ.* Vict. *ὅ τι ποτ' ἔλ.* Flor. 1. *πεδέλακεν.* 2. *πόδ' ἔλακεν.*

V. 188. Ald. rell. et Codd. *γάμον ἱεῖσα*, sine sensu. E coniectura dedi *νόμον ἱεῖσα.*

V. 189. Ald. rell. et Codd. *μύχαλα.* *μύχατα* est e Canteri emendatione. In fine versus Seidler. l. c. addidit *παιᾶνας*, cuius appositio sit *γάμους*. Flor. 1. Vict. *κλαγγάς* addunt post *γύαλα*, sed hoc in Flor. alia manus circumscripta linea reiecit.

V. 190. An *Πανὸς γάμους?* an *Πανὸς μύχαλα*, *secessus?* *Brodaeus.* Ad *γύαλα* retulit Barnes. mihi ad *γάμους* referendus videtur genitivus: *Tanquam nympha, quae ob vim a Pane sibi illatam vociferatur.*

V. 194. *ἔμολεν ἔμολε* Flor. 1. 2. *ἔμολεν* bis Ald. rell.

V. 197. Ald. rell. et Codd. *πυρὶ μέλλουσαν* *Ἰδαίῳ.* *μέλουσαν* ex H. Steph. coniectura receperunt Canter. Barnes. Musgr. et sic habere videntur Florr. *δαΐῳ* est a Musgr.

V. 199. Ald. rell. *πουλύπονον.*

V. 201. 2. Ald. rell. *αἰσχύνασ' ἡμᾶς ἐπ' ἀλγέων.* Par. E. *αἰσχύνασ' ὑμᾶς*, et in marg. *ἐμῆς.* Muret. V. L. IV, 14. correxit *αἰσχύνας ἐμᾶς ὑπ' ἀλγέων*, quod ipsum est in Flor. 1. 2. *ὑπ' ἀλγέων* correxit etiam H. Steph.

V. 209. νεανιᾶν πόνον coni. Lenting. p. 99. ut pedestres scriptores loquuntur.

V. 210. αἳ bis Flor. 1.

V. 215. 16. inverso ordine leguntur in Flor. 1.

V. 219. Flor. 1. 2. ἔτλησας i. e. ἔτλης. Vict. ἔτλησα.

V. 228. καὶ τὰν χαλκ. Ald. Flor. 1. 2. Vict. In Brub. sqq. τὰν excidit. Tum ὀλβιοῖς Ald. rell. Flor. 1. 2. Vict. ὀλβιεῖς MSS. Steph. ut coniecit Scaliger ap. Barnes.

V. 229. In Ald. rell. deest persona Helenae, quam addidit Canter. Victorius haec annotavit: Deest, ut puto, hic persona Ἑλένη. quod quum ex his, quae sequuntur, manifeste apparet, tum ex aliquo vestigio V. C. sic nempe stat subter signatum.

V. 238. ἅ δὲ δόλιος. Suspicari possis, ἅτε δόλ. commate post ἐμόν posito: ut ἔπλευσε commune sit nominativis ὁ Πριαμίδας et ἅ τε δόλιος. Sed melius est haec tanquam in parenthesi posita, nec ad primariam sententiam pertinentia accipere. Ita ad hunc nominativum ἀπὸ κοινοῦ repetendum ἔπλευσε, vel verbum cognatae significationis cogitandum, ἐφέσπετο. Cf. Troad. 933. 976.

V. 242. Ἥρα e margine in textum irrepsisse suspicatur Elmslei. Mus. cr. VI. p. 296. ad Bacch. 1153.

V. 243. Flor. 1. 2. γόνος.

V. 249. Flor. A. Πριαμίδεσσιν. ut Iph. A. 605. inter νεανίδαισιν et νεανίδεσσιν fluctuabant libri.

V. 253. συμφέρον Ald. rell. Flor. 1. σύμφορον e Parr. E. G. recepit Musgr. σύμφορον (ε ab al. m.) Flor. 2. Vict. σύμφορον mihi vulgari consuetudine accommodatius videtur, nec in poëta praeferendum.

V. 261. τὰ μὲν δι' Ἥραν -- pro τὸ μὲν δι' Ἥραν, τὰ δὲ διὰ τὸ κάλλος, ut recte explicat Schaefer. in Ind. graec. ad Eur. Phoen. ed. Porson. (Lips. 1824.) v. δρᾶν.

V. 262. ἄγαλμα de tabula picta dici uni Suidae non crediderim. Recte V. D. in *Quart. rev.* 29. p. 124. statuas etiam pingi solitas monet e Plat. Rep. IV. p. 420. C. (de quo loco falli Grammat. in Bekk. anecd. p. 210.)

Paus. VII, 26. Virg. Aen. I, 493. XII, 67. Plin. H. N. 35, 10.

V. 263. Ald. rell. ἀντὶ τοῦ καλοῦ λάβω, quod soloecum est (vid. ad Suppl. 1028.) et *nimium* etiam *probare* videri debet iis, qui nuper Coniunctivum etiam in optando locum habere contenderunt. Illi enim pro optativo eum poni posse volunt; hic autem est pro indicativo temporis praeteriti; quod fieri posse nemini adhuc in mentem venit. Nam non hoc optare potest Helena, ut nunc demum turpem pro pulchra formam induat, sed ut olim accepisset. Sed ne Codd. quidem vulgatam tuentur: nam Parr. E. G. Flor. 1. 2. Vict. λαβεῖν, 2. et Vict. cum v. l. γρ. λάβω. De Infinitivo post εἴθε vid. Gramm. gr. §. 547. et Schaefer. ad Gnom. p. 156. et exemplis ibi citatis adde Od. ώ, 311 sqq. Cogitabat scriptor εἴθ' ὤφελον λαβεῖν. Hic certe vix corrigenti vel Grammatico vel librario debetur. Porson. Adv. p. 269. Censor edit. Alcest. Monk. in *Quart. rev.* 29. p. 123. Herm. ad Soph. Phil. 1081. corrigunt ἀντὶ τοῦ καλοῦ 'λαβον. quod praeferrem, si Codd. adstipularentur.

V. 264. Ald. rell. Flor. 1. 2. τὰς καλάς (κακάς) et sq. v. τὰς (κακάς) δὲ μὴ καλάς. Par. E. hoc versu καλάς et sq. v. καλάς. Hinc Musgrav. bis κακάς scripsit. Si Aldina lectio vera est, inepte dicitur τὰς δὲ μὴ καλὰς (i. e. τὰς κακὰς) ἔσωζον, ὥςπερ τὰς κακὰς σώζουσί μου. Τὰς τύχας τὰς κακάς intelligit infamiam, δύςκλειαν v. 270. τὰς τύχας τὰς μὴ κακάς felix coniugium: totum autem pendet ex εἴθε, εἴθε ἐπελάθοντο — ἔσωζον.

V. 268. Ald. ὅμωι. Herv. 1. ὅμοι. ὅμως iam Brub. Herv. 2. auctore Brodaeo, vel H. Stephano, ut ait Musgr. Canter. Barn. Sic Codd.

V. 271. τῆς ἀληθείας i. e. ἢ εἰ τῇ ἀληθείᾳ προςῆν τινί. μεῖζον κακόν, ὅςτις κέκτηται pro μεῖζον κακὸν τὸ κεκτῆσθαι.

V. 278. Flor. 1. 2. Vict. ἀπαλλάξειν, quod recipiendum fuisse videri possit, non quo de re sperata aoristus poni non possit (vid. ad Alcest. 146. et Add.) sed propter hanc viciniam futuri ἥξειν. At, si ἀπαλλάξειν scriptum fuit, qui factum esse dicas, ut ἥξειν καὶ ἀπαλλάξαι scriberetur. Brunck. ad Aesch. Prom. 1021. citat

ἀπαλλάξειν et superiore versu ὤχει, illud ex Heathii, hoc e Musgravii coniectura. Scaliger. ἄγκυρα δ' ἡ μοῦ, non male. Sed similis orationis conformatio est Androm. 407.

V. 281. Musgrav. coniecit ἀδόκως — τάδοκον, ut citat Brunck. l. c. Non assentior: ἀδόκως olim legebatur Troad. 793. praeterea nullo alio loco. Quid sit ἀδόκως εἰμὶ φονεύς, non intelligo, minus etiam quid sibi velint illa τάδοκον τόδ' ἐστ' ἐμόν. Μητρὸς φονεὺς εἰμὶ ἀδίκως est matris caedis causa sum, sed ita ut iniuria mihi eius caedis culpa tribuatur.

V. 283. πολιά est adverbium, dictum ut Soph. El. 962. ἄλεκτρα γηράσκουσαν ἀνυμέναιά τε. Flor. 1. 2. πολιᾶ.

V. 286. τὰ πράγματα constat esse res civiles, vel omnino res eius, qui civitatis particeps est et inter cives censetur. Hinc τοῖς πράγμασι est *ratione et conditione vitae*, ut explicat Reisig commentar. in Soph. Oed. C. 1573. et τοῖς πράγμασι τεθνηκέναι dicitur h. l. is, quem nos *civiliter mortuum* vocamus. Cf. ad Hec. 657. Plane diversum est, quod comparat Blomfield. Mus. cr. I. p. 66. locum Soph. El. 60. ὅταν λόγῳ θανὼν ἔργοισι σωθῶ.

V. 289. δοκοῦντες dixit, quasi praecessisset κλεῖθροις ἂν μ' εἴργοιεν. Quia Menelaum mortuum esse credebat Helena, Brunck. ad Aesch. Prom. l. c. em. Μενέλεώ μ' ἐλθεῖν ἄτερ, Lenting. p. 99. Μενέλεών μ' ἐλθεῖν μέτα i. e. ἐμὲ μετελθεῖν τὸν Μενέλεων. Poterat Helena cum Menelao Troia rediisse, hic autem in itinere mortuus esse.

V. 291. Versum adeo immodulatum ne a Comico quidem, nedum ab Euripide scribi potuisse indicans Porson. ad Orest. 51. corrigit εἰς ξύμβολ' ἐλθόνθ', ἃ φανέρ' ἂν μόνοις ἂν ἦν. Reisig. Coniect. p. 245. ἐλθόντες εἰς ξυμβολ', ἃ φανερὰ μόνοις ἂν ἦν.

V. 294. τῶν κακῶν ὑπαλλαγάς Ald. rell. et Codd.

V. 297. Legebatur καὶ τὸ σῶμ' ἐστὶ πικρόν.

V. 298. Ald. rell. et Codd. προθάνοιμ' ἂν οὐ καλῶς. MSS. Steph. πῶς θάνοιμ' ἂν οὖν καλῶς. Par. E. supra καλῶς scriptum habet κακῶς. Aristoph. Equ. 80. comparat Bergler. ad eum l.

V. 308. Ald. rell. et Codd. ἔλεξεν. Barn. Musgrav. ἔλεξ'.

V. 310. Ald. rell. καὶ τἄμπαλιν γε τῶνδ' ἀληθείας σαφῆ. H. Steph. coni. τοὔμπαλιν pro τἄμπαλιν. At τἄμπαλιν est τὰ ἔμπαλιν. Tum Canter. τῶν δι' ἀληθείας σαφῆ, anapaesto in quartam sedem illato. Scaliger. τῶνδ' ἀληθῆ καὶ σαφῆ, Musgr. καὶ τἄμπαλίν γε τῶνδ' ἀλήθειαι σαφεῖς, Heath. καὶ τοὔμπαλίν γε τῶνδ' ἀλήθεια σαφής, Lenting. p. 99. καὶ τοὔμπαλίν γε τὰ δι' ἀληθείας σαφῆ. Mihi legendum videtur καὶ τἄμπαλιν γε τῶν ἀληθείας σαφῆ. τἄμπαλιν τῶν ἀληθείας, contraria ratione quam ea quae vera sunt. Haec enim nonnunquam falsa esse videntur, quum ea, quae falsa videntur, saepe vera sint.

V. 311. Par. E. Flor. 1. 2. φέρῃ. Ald. rell. φέρει, casu servata Attica terminatione. Hunc versum interrogatione legi vult Lenting. l. c.

V. 325. Ald. sine distinctione ὅθεν εἴσῃ πάντα τἀληθῆ φράσαι. in quibus φράσαι interpretabantur *cognoscere*, φράσασθαι, γιγνώσκειν. Nostra interpunctio debetur Musgrav. τἀληθῆ φράσαι, *dictu vera.*

V. 332. ἐντὸς οἴκων Flor. 2. ἐντὸς δόμων Ald. rell.

V. 722 sqq. ita, ut ego feci, in strophas et antistrophas descripsit Hermann. Bothio v. 722 — 724. stropham ά, v. 727 — 729. antistropham ά, v. 733 — 735. (βοᾷ φροίμιον στενάζων φόνου) stropham β′, vss. 739. (τίς θεοὺς etc. vid. ad 740) — 741. antistropham β′ constituere videntur. Quum vero Hermann. hos versus ita distribuisset, *ut nullus esset quindecim senum, quin suas in eo colloquio partes haberet* Praef. p. XV. (nam vss. 722. 3. habent Χόρου ὁ ά καὶ β′ vss. 724. 5. ὁ γ′ καὶ δ′, vss. 727. 8. 29. ὁ ς′ καὶ ζ′, vss. 733. 4. ὁ θ′ καὶ ί, v. 735. ὁ ιά καὶ ιβ′. vss. 739. 40. 41. ὁ ιγ′ καὶ ιδ′, e trimetris autem vss. 725. 6. (σύστημα ά) et 737. 8. (σύστημα β′ cum v. 736.) ὁ έ, vss. 730. (ἀντισύστημα ά) et v. 743. 4. (ἀντισύστ. β′. cum v. 741.) ὁ ή, v. 741. autem ὁ ιέ. id ego imitandum non duxi, sed trimetros hemichorio β′, reliqua, ne quae inter se cohaererent, distraherentur, semichorio ά assignavi.

V. 724. Hermann. ἰὼ ἰώ. Vid. ad 735.

V. 726. Elmslei. in *Classic. journ.* et ad Bacch. 247. ὕβρισμ' ὑβρίζων, sine idonea causa. Vid. ad Suppl. 495. εἰς deest in Ald. Herv. 1. 2. itaque Brub. Canter. Barn. τοὺς ἀμείν. σέθεν, ut legendum coniecit H. Steph. εἰς ἀμείν. Musgr. e Par. 2714. et sic Flor. 1. 2. Vict.

V. 728. Flor. 1. 2. ἐμολ'.. — Hermann. διὰ φρενὸς ἔπ | ἤλπισεν π. γ. ά. ob metrum. Alioqui φρενῶν legendum esse. Ad πάλιν pertinent, quae Spohn in lect. Theocr. spec. I. p. 32. monuit, poni, ut αὖθις et ἄψ, quando fiat aliquid, quod antea non erat factum, per illud autem ipsum, quod fiat, aliud quid in pristinam restituatur conditionem, aut quod erat interea factum iam reddatur irritum. Vid. Il. π′, 54. 58. Od. μ′, 199. Theocr. Adoniaz. 100.

V. 730. 1. choro continuantur in editt. praeter Hermann.

V. 735. Ald. rell. βοᾷ | βοᾷ, στενάζων φροίμιόν γ' ἄναξ, φόνου. in quo γ' delevit Hermann. Ego dedi, quod in Flor. 1. 2. legitur, in 2 tamen altera lectione impositis numeris a rec. m. supra scripta. Prius βοᾷ deest in Flor. 1. Vict. deletum est in Flor. 2.

V. 736. Elmslei. in *Class. journ.* malit Κάδμου γῆ, διόλλυμαι, ob chori responsum, laudans Porson. ad Suppl. 495. vid. Advers. p. 235.

V. 737. Ald. rell. διώλλυσ'. Correxit Musgrav. non adversantibus Florr. Certe ex iis nihil enotatum. — ἀντάποινα Ald. Herv 1. 2. Brub. Florr. 1. 2. Vict. ἀντίποινα Canter. Barn. rell. Sic etiam Cod. Ven. et Schol. in Soph. Philoct. 316. habet ἀντάποινα, Hermann. ad eum l. dicit se nescire an ea vox suspecta esse debeat, quo dubites utrum suspectam esse an non suspectam significare voluerit.

V. 740. ἄφρονα λόγον οὐρανί. — Eadem dochmii forma est infra v. 867. γένος ἄγονον αὐτίκα. Vid. Seidler. de verss. dochm. p. 77.

V. 742 sqq. in Ald. rell. etiam choro continuantur.

V. 750. Ante Hermann. legebatur βέβακεν. Tum Ald. et Codd. ἄναξ ὁ κλεινός. Pierson. Veris. p. 233. ὁ καινός, quod Hermann. minus necessarium esse dicit, provocans ad v. 722. sed interest aliquantum, utrum quis μέγας ὁ πρόσθ' ἄναξ dicatur, an ὁ κλεινὸς ἄναξ, hoc in universum valet, illud de certo tempore. Hoc loco oppositio ὁ παλαίτερος paene necessariam facit Piersoni correctionem. Cf. 561. ὁ καινὸς probat Elmslei. *class. journ.* p. 206 sq. nimis tamen calide ille in omnibus locis a Piersono allatis, etiam Suppl. 1059. Hel. 1399. καινός reponi iubens.

V. 752. Hermann. post δοκημάτων addidit δ'.

V. 753. μέλλουσι Ald. Herv. 1. 2. Brub. et Codd. Brodaeus: μέλλουσιν ἐπαΐειν, cum cunctatione tamen et mora. Canter. Barn. rell. ob metrum μέλουσι. Sic Soph. El. 342. δεινόν σε τῆς τικτούσης μέλειν. Cf. Ai. 689. Aesch. Ag. 380 sq.

V. 754. Vulgo ἐπαΐειν.

V. 756. φρονεῖν pro μεγαλοφρονεῖν, *superbire*, ut explicat Lobeck. ad Soph. Ai. p. 294. *Divitiae et fortuna secunda homines ad superbiam et fastum abripiunt.*

V. 757. ἄδικον delevit Hermann.

V. 758. 9. 60. Ald. rell. χρόνον γὰρ ἔτλα | τοπάλιν

εἰσορᾷν |, *νόμον παρέμενος, εὐνομίᾳ χάριν διδούς: ἔθραυσεν ὄλβον. χρόνου* Par. E. G. Flor. 1. 2. Vict. *χρόνου τὸ πάλιν, temporum vicissitudines,* quae fortunam praesentem in contrariam mutant. Orest. 795 sqq. ὁ *μέγας ὄλβος ἅ τ' ἀρετὰ - - πάλιν ἀνῆλθ' ἐξ εὐτυχίας Ἀτρείδαις. οὔτις* ante *ἔτλα* inserunt Par. G. Flor. 2. sed hic lineis circumductis denuo exclusum sic |οὔτις|. Vocabula transposui, ut trimetrum efficerem, qualis esse videbatur strophicus; nunc facti poenitet. — *εἰσορῶν* Flor. 1. quod supra scriptum Par. G. et Vict. — *ἀνομίᾳ* pro *εὐνομίᾳ* Par. E. G. Flor. 1. *ἀνομία* (εὐ supra) Flor. 2. — *ἔθραυσε δ' ὄλβ.* Hermann. scripsit.

V. 761. Tyrwhitt. *Ἰσμὴν' ὦ, στεφανηφόρει. Ἰσμήν, ὦ,* recepit Hermann. *στεφανοφορία* Ald. rell. Flor. 1. 2. *στεφανοφορίαν* Parr. G. 2714. Hermann. Iungo *ἀναχορεύσατε στεφανοφορίαν Ἰσμηνῷ, serta Ismeno cum chori cantu ferte.*

V. 762. Ald. rell. *ἑπτάπυλοι.* MSS. Steph. *ἑπταπύλου,* quod receperunt Canter. rell. Aldinam scripturam servavit Hermann.

V. 764. Scribebatur *καλλιρέεθρος.*

V. 765. *Ἀσωπιάδες* Hermann. pro *Ἀσωπίδες.*

V. 771. *Ἑλικωνιάδων* Barn. pro *Ἑλικωνίδων.*

V. 772. *ἥξετ'* primus Barnes. Antea erat *ἧξετ'.*

V. 773. *ἐμά τε τείχη* Ald. rell. *τε* delevit Heath.

V. 774. *ἐφάνη* Herm. pro *ἔφανε.*

V. 781. Ald. rell. *περσηΐδος.* rell. *περσηΐδος.* Hermann. *Περσεΐδος,* qua forma Pindarus saepius utitur, Tragici non item. Neque tamen *Περσῇδος* satisfacit, quum molossi pro choriambo in metro glyconeo (glyconeum vero, non anapaesticum, versum esse e reliquis glyconeis colligo) positi vix aliud exemplum suppetat. Fortasse pro *καί* legendum *ὡς* cum Musgr. *Νύμφας τᾶς Περσηΐδος· ὡς.*

V. 783. *οὐκ ἐπ' ἐλπίδι* i. e. *ἀπ' ἐλπίδος, praeter spem.*

V. 790. Ald. rell. *ἡδὺς γένει ἄν.* Correxit Canter. nov. lect. V, 1.

V. 791 sqq. ἅ, nimirum τὸ αὐτὸς κρείσσων τύραννος εἶναι, νῦν ἐσορᾷν φαίνει Hercules, *quod nunc oculis agnoscendum praebet.* Debebat sequi ἁμίλλᾳ vel ἐν ἁμίλλᾳ, sed retulit ad ἐσορᾷν, quasi dixisset ἐσορῶντα εἰς ἅμιλλαν.

V. 793. Ald. rell. εἰς τὸ δίκαιον. εἰ Canter. invenit, et confirmant Par. E. Flor. 1. 2.

V. 799. Frustra Valcken. ad Phoen. 1034. legendum censet νωθὲς γ' ἔπαιρε κ. πεδαίρειν etsi Aeolicum, legitur etiam infra 852.

V. 801. γένοιό μοι. Elmslei. ad Iphig. T. 96. Malim γένοι' ἐμοί, si versus alioqui sanus est.

V. 805. Ald. rell. σώματα. Emendavit Scaliger.

V. 808. Ald. rell. τὸ χρῆν. Par. G. Flor. 1. 2. τὸ χρεών (G. in marg. γρ. χρῆν) χρεών nunc vereor ne e glossa ortum sit. Vid. Hec. 257.

V. 811. κοινόν Wakefield. Hermann. Recte Brod. καινόν, non tyranni aut bestiae.

V. 813. Par. A. (apud Markl. ad Iph. A. 407.) Vict. ἄτ. σὴν λαβοῦσα quod recte monet Markland. e scriptura συνλαβοῦσα ortum esse.

V. 818. Ald. rell. ὃς ἂν φονεύσας τὸν ἀχ. π. ὡς ἂν edidit Canter. idem coni. πορεύσας, et sic Parr. E. G. Flor. 1. 2. Vict.

V. 822. Ald. Herv. 1. μηδόντος una voce, quod correctum iam in Herv. 2.

V. 825. τιμάς τ' ἔγω Ald. Herv. 1. Vict. Florr. 1. 2. τιμὰς δ' ἔχω Herv. 2. rell. Hermann. vertit: hoc munus, de quo Iris dixit, habeo, non invidendum amicis; quo sensu haud scio an infinitivus nunquam ponatur. Videtur ἀγασθῆναι h. l. eo sensu accipiendum esse, quo Il. ρ', 71: εἰ μή οἱ ἀγάσσατο Φοῖβος Ἀπόλλων, i. e. ἐφθόνησε. ut sensus sit: hoc munus habeo, non ut amicis invideam, et propter invidiam in calamitates eos coniiciam.

V. 827. Lenting. p. 110. coni. πρὶν σφαλεῖσα γ' εἰςιδεῖν.

V. 829. Hermann. ἁνὴρ ὅδ. At infra 1282. servavit ἀγὼν ὅδ' quum Wakef. dedisset ἁγὼν ὅδ'.

V. 834. Ald. rell. σοί τ' οὐ παρ. Musgravii coniecturam ὥςτ οὐ παρ. recepit Herm. οὐκ οὖν Wakef.

V. 835. Ald. rell. κακὰ μηχ. Correxerunt Reisk. et Heath.

V. 836. in Ald. rell. Iridi continuabatur, ita ut v. 837. Lyssae, v. 838. Iridi, seqq. Lyssae tribuerentur. Correxit Musgrav. quo factum, ut pro ἐμβιβάζουσ' ut est in Ald. rell. scribendum esset ἐμβιβάζω σ'.

V. 840. κύνας. Ald. κύν, quod sequentes pro κύνα acceperunt. κύνας Musgr. MSS. tres; Florr. 1. 2. Quod praecedit, κυνηγέτει scriptum est in Flor. 1. 2.

V. 841. λάβρως Ald. Herv. 1. 2. Canter. rell. et, ut videtur, Codd. λάβρος Brub. Wakefield. Ordo est: οὔτε πόντος κύμασι στένων - - οὔτω λάβρος ἐστι.

V. 843. Flor. 2. σταδιαδραμοῦμαι (ο supra), quo firmatur Hermanni suspicio στάδια δραμοῦμαι corrigentis, quamquam nec hoc Euripideum colorem habet. Lobeck. ad Phryn. p. 617 sq. Euripidem, ut σταδιοδραμοῦμαι diceret, verbum omni analogia destitutum, fallaci similitudine futuri δραμοῦμαι in devia abreptum esse censet. Göttling. ad Theodos. gramm. p. 217. not. legendum censet σταδιοδρομοῦμαι, ut sit praesens pro futuro. Quasi vero unquam verba a δρόμος derivata formam praesentis passivam vel mediam habeant!

V. 846. Flor. 2. ἔτικτεν αἴρων, et in marg. γρ. ἔτικτ' ἐναίρων. Vict. ἔτικτεν αἰρῶν. — ἐμᾶς λύσσας Ald. rell. ad quod ante Wakefieldium et Hermannum nemo offendit. Is, etsi facillimum sit, scribere ἐμᾶς, tamen nec λύσσαι numero plurali facile inveniri monet; „et ἀφιέναι rectius furorem Hercules, quam Herculem furor dici potest." Pluralis λύσσαι eadem ratio est, quae pluralis μανίαι, et ἀφιέναι aliquis λύσσαν dicitur, ut τόξοις ἄπο ψυχὰν λιπὼν Pind. Pyth. 3, 180. σῶμα ἀπολελοιπὸς ψυχήν Plato Leg. XII. p. 956. A. λείπειν βίον Eur. Suppl. 695. Wakefield. dedit ἐμῆς λύσσας ἀνῇ, (vid. Hipp. 867. [vel potius 895.] 284. Aristoph. Ran. 712. Thuc. 7, 43.) Dorismo altero sublato, altero relicto; Hermann. ἐμῆς λύσσης ὑφῇ, ut Herod. I, 156. Cf. Ion. 846. εἰ γὰρ ὑφήσεις τοῦδε.

V. 850. Ald. rell. δεινός, ut iungantur ταῦρος ὥς ἐς ἐμβ. δεινός. Correxit Canter.

V. 851. Par. G. καταντλήσω.

V. 852. Erfurdtio et Seidlero ad Troad. 219. placebat οὐρανόν.

V. 854. Ald. rell. ὀτοτοτοτοτοτοῖ. Hermann ὀτοτοτοῖ. — ἀπόκειρέ τε Ald. rell. ἀποκείρετε Flor. 1. 2. ἀποκείρεται est e coniectura Canteri Nov. lect. V, 1. quam confirmat Vict.

V. 855. πόλεος Flor. 2. Vict. ille supra scriptum habens ις.

V. 857. 8. Ald. rell. ἐναύλοις Hermann. μανιάσιν Λύσσας χορευθέντ' ἐν αὐλοῖς. Sed αὐλοὺς Λύσσας vix alibi commemoratos invenias, nec ad affectum animi, furorem, designandum usurpatos. Egregie Tyrwhitt. ἀναύλοις. Sic Phoen. 890. κῶμον ἀναυλότατον Mars dicitur προχορεύειν. Syllabae ιαι in μανίαισιν in unam coalescunt. Vid. ad Hipp. 581. et Hermann. elem. doctr. m. p. 253. ubi hos versus e Tyrwhitti emendatione citat.

V. 861. ἐπιλώβα una voce Ald. Herv. 1. 2. Brub.

V. 862. ἑκατογκεφάλοις est e Reiskii emendatione pro ἑκατὸν κεφαλαῖς.

V. 864. μετέβαλεν Herm. pro μετέβαλε.

V. 865. Ald. Herv. 1. Brub. Par. G. et 2714. Vict. τέκν' ἐπιεύσατε. Flor. 1. 2. τέκν' ἐκπνεύσατε. ut editum in Herv. 2. Canter. ἐκπνεύσετε Aem. Portus et Barnes. Musgr. Herm. At recte Elmslei. monuit, verbi πνέω futurum esse πνεύσομαι vel πνευσοῦμαι, non πνεύσω, et ἐκπνεύσεται scribi iubet, quod recepi.

V. 866. Flor. 1. 2. ἰώ μοι μέλεος· τὸ σὸν ἰὼ Ζεῦ γένος ἄγ. αὐτ.

V. 868. Ald. rell. λύσσα δέ σ' ὠμόβρωτος, ἀποινόδικοι | δίκαι κακοῖσιν ἐκπετάσουσιν. ὠμοβρῶτες Wakefield. Emendationem loci absolvit Hermann. scribens λυσσάδες ὠμοβρῶτες ἀποινόδικοι δίκαι κακ. ἐκπατάσσουσιν. in quo ἐκπατάσσουσιν est e MSS. Musgr. quibus concinunt Flor. 1. 2. ἀποινόδικοι contra H. Steph. qui e MSS. suis commendaverat ἀπηνόδικοι, recte tuetur Barnes.

V. 871. Ald. rell. *κατάρχεται χόρευμα, τυμπάνων ἄπερ.* MSS. Steph. *χορεύματα,* unde Hermann. nostram lectionem concinnavit.

V. 874 sq. Ald. rell. *οὐχὶ τᾶς διονυσιάδος βοτρύων ἐπὶ χεύμασι λῶβας. τᾶς διονυσιάδος* etiam Flor. 1, 2. Vict. *τὰς διονυσιάδας* MSS. Steph. quod receperunt Canter. Musgrav. Herm. Mihi Barnesius recte locum interpretatus esse videtur, qui *λοιβᾶς* etiam dedit pro *λῶβας,* Herm. *λοιβάς.* Pro *ἐπὶ χεύμασι* Musgrav. *ἐπιχεύμασι,* quod recepit Hermann. addito *σὺν* ante *βοτρύων. ἐπιχεύμασι* idcirco minus aptum videtur, quia in sacris Bacchi *χεῖται οἶνος, effunditur,* non *ἐπιχεῖται, affunditur. ἐκ* delendum est. Ceterum hi versus coniungendi esse videntur cum vss. 871 sq. ita ut verba *ἰὼ δόμοι* media interposita sint.

V. 878. *τε* post *κυναγετεῖ* delevit Hermann. qui etiam lacunae signum apposuit ante *κυναγετεῖ, metri indicio,* quia his respondere volebat vss. 887. cum *μελάθρῳ* v. 886.

V. 881. Herm. *αἶ αἶ, σὲ δῆτα,* ut versus antistrophico (nimirum 896.) responderet.

V. 882. *ἃ* ante *μάταν,* auctore Musgravio, addidit Hermann.

V. 886. In Ald. rell. *μελάθρῳ* cum sqq. cohaeret. Ego ad superiora referendum putavi, ne nimis tautologum esset *μελάθρῳ - εἰς δόμους πέμπεις.* quam nunc non satis gravem causam esse sentio, etsi *Δρᾶν, ποιεῖν τί τινι* non minus bene dicitur, quam *τινά.* Vid. Gramm. gr. §. 409. not. et Orest. 736. *ὅ τοῖς φίλοισι δρῶσιν οἱ κακοὶ φίλοι.* Sed Flor. 1. 2. *ὦ Διὸς παῖ.* Ita dochmiacus dimeter exit; *τί δρᾷς, ὦ Διὸς παῖ; μελάθρῳ τάραγ - -*

V. 889 sqq. Notae personarum desunt in Ald. rell. Eas primus e MSS. Steph. addidit Canter. sed ita vss. 891 — 896. nuntio, reliqua uni choro tribuerentur. Musgrav. v. 892. 3. et versa *δάϊοι φόνοι — πεπόνθαμεν* Choro, reliqua nuntio assignavit. Hermann. verba *τεθνᾶσι παῖδες* v. 893. et versum 896. nuntio tribuit, reliqua chori personis.

V. 890. Sic Hermann. pro ἀνακαλεῖς με τίνα βοάν;

V. 897. Victor. pro priore ἄταν habet ἄταν ὦ (sic.)

V. 899. Hermann. ἔσυτο, hanc epodum e trochaeis et creticis constare dicens. Mihi non obscura esse videntur vestigia dochmiacorum, si sic versus describas:

λέγε τίνα τρόπον ἔσσυτο θεόθεν ἐπὶ μέ-
λαθρα κακὰ τάδε τλήμονάς
τε παίδων τύχας

ita ut secundum dochmiacum tres breves syllabae praecedant.

V. 905. πέπλων Ald. rell. Canteri emendationem τέκνων receperunt Barn. Musgr. etc.

V. 909. ὡς βλάψειεν Ald. Herv. 1. Brub. βάψειεν e Brodaei emendatione Herv. 2. Canter. rell. et sic Flor. 1. 2. Athen. p. 409. A. B. Eustath. p. 1401, 11. Praeterea Athen. et Eust. γόνος pro τόκος, Eustath. etiam εἰς χερνίβος βάψ. Α. γ.

V. 910. χρονίζ. πάρος Ald. rell. πατρός MSS. Pariss. Ad hunc locum dubito an respexerit grammaticus in Bekkeri anecd. p. 116, 14.

V. 911. Ald. rell. ὅδ' οὐκέτ' αὐτὸς ἦν. Correxit Valck. ad Phoen. 927. Vid. Tom. VII. Add. et Corrig. ad p. 83. v. 12.

V. 913. αἱματῶπας scribi iubent Porson. ad Med. 1363. Elmslei. in Edinb. rev. n. 37. p. 78. et edidit Hermann.

V. 916. Ald. rell. τί θυμῷ. MSS. Steph. τί θυῶ, unde Barnes. τί θύω. Sed verum vidisse videtur Elmslei. *Class. journ.* p. 213. scribens τί θύων, lineolam, qua designatur ν, (vid. Bast. comm. palaeogr. p. 747.) in ~ abisse ratus.

V. 921. Ald. rell. ῥιπτεῖτ' contra metrum. ῥίπτετ' MSS. Steph. Flor. 1. 2.

V. 922. τίς ὅπλον χ. Ald. rell. τίς δ' ὅπλον χ. Barnes.

V. 923. λάζυσθε χρ. Ald. Herv. 1. Brub. λάζυσθαι iam Herv. 2. ex emendatione Brodaei. et sic Flor. 1. 2. Vict.

V. 924. *ὡς τὰ Κυκλ.* ex emendatione Wakefield. et Herm. pro *ὥςτε.*

V. 925. *φοίνικι κανόνι.* Schol. Od. *ε*, 245. *στάθμην, κανόνα, ὑπομεμιλτωμένον σχοινίον, ἢ τεκτονικὸν σπάρτον.* Eustath. Il. *β'*, p. 258., 63. *στάθμην, ἥτις, φασὶν, ἐστὶ σχοινίον λεπτὸν χριόμενον μίλτῳ ἢ μέλανι, ᾧ συνηγούμενοι ἀπορθοῦσι τὰ ξύλα.* quae loca affert Lenting. p. 110. Ald. rell. *καὶ τύχαις.* MSS. Steph. Vict. *καὶ στοίχοις.* Brodaei coniecturam *τύκοις* receperunt Barnes. Musgrav. Herm.

V. 926. Ald. rell. *συντριαινώσειν.* MSS. Steph. *συντριαινώσω.* Puto, *συντριαινώσων, πρὸς τὰς Μυκ. εἶμι, ὡς συντριαινώσων,* ut verba *λάζυσθαι — δικέλλας θ'* sint *διὰ μέσου.*

V. 929. *θενων, θενειν* non nisi aoristos esse verbi *θείνω* satis, puto, demonstravit Elmslei. ad Heracl. 272. et scribendum *θενών, θενεῖν.* Sed nec *θενών*, nec fut. *θενῶν* quod reponi volebat V. D. in *Edinb. rev.* convenit. Accedit duplex dativus *κέντρῳ χερί*, quod non potest esse *σχῆμα ἐκ παραλλήλου*, quia vocabula non sunt *ἰσοδυναμοῦντα.* Fortasse *θενων* e vicinia τοῦ *ἔθεινε* irrepsit, et verum est, quod Dio Chrysost. or. 32. p. 391. C. loco a Valcken. ad Hipp. 1194. citato habet, *κέντρον δῆθεν ὡς ἔχων χερί.* Idem *ἄντυγας* v. praec.

V. 930. *διπλῶς* MSS. Steph.

V. 931. *καί τις τότ' εἶπεν* legendum suspicatur Elmslei. et hic et Hel. 1589. collato loco Alcest. 544.

V. 933. *ὅδ' εἷρπεν ἄνω* Ald. rell. Correxit Barnes.

V. 936. Legebatur *κλινθείς*, forma ex Homeri lectione familiari grammaticis *κλιθείς* Flor. 1. 2. Vict.

V. 940. Ald. rell. *κἀξεκηρύσσετο.* Pierson. Veris. p. 61. *καὶ 'κηρύσσετο*, vel potius *κἀκηρύσσετο*, ut coni. Reisk. edidit Musgrav. Sed facilius, unde orta sit vulgata, intelligas, si cum Elmsleio scriptum fuisse statuas *κἀκκηρύσσεται.* Cf. Soph. Oed. C. 1605. Trach. 769. Eur. Alc. 184. Vid. Valck. ad Hipp. 34. Brunck. ad Hec. 21.

V. 942. *ἀκοὴν ὑπειπών*, an quum nullis (quippe quum nulli adessent. Cf. v. 940.) edixisset, ut sese audirent, *ἀκούετε, λεώς.*? De verbo *ὑπειπεῖν* vid Porson. ad Arist. Plut. 998,

V. 944. scribe *θιγών*.

V. 945. *ξενώσεως*, alienationis animi. *Brod. novitatis huius* interpretatur Barnes. *peregrinationis* Musgr. Herm. *ξένωσις*, inquit, non significat, ut volunt, novum statum, sed novationem, rerum novarum effectionem. At ubi tandem *τὰ ξένα* vocantur *res novae*? Unus verum vidisse videtur Musgrav. Cf. Steph. Thes. T. II. p. 1124. D. F.

V. 946. Ald. rell. *σ' ἐκβάκχευσε*. Cant. *σ' ἐβάκχευσε*, Barnes. *σ' ἐβάκχευσεν*, et sic Flor. 1. 2. Vict.

V. 947. Ald. Herv. 1. 2. Brub. Cant. *ὅδε νιν*.

V. 958. MSS. Steph. *πόρευμα*, quod recepit Herm. iungens *πόρευμα δεινὸν ποδὸς ἐναντίον σταθείς*. *πόρευμα σταθείς* dubito num dici possit, quum contraria plane sint *πορεύεσθαι* et *στῆναι*. Euripides Herculis circumactionem circa columnam cum rotatione circini comparasse videtur, quo sensu *κύκλου τόρνος*, *ἔντορνος κύκλος* dicuntur; hinc quum dixisset *κύκλῳ*, pro *ἕλιγμα* vel *κύκλωμα ποδός* dixit *τόρνευμα* (sic legendum videtur) *ποδός*. Quum per aliquod tempus, puerum persequens, circa columnam sese circumegisset, tandem *ἐναντίον σταθεὶς βάλλει*.

V. 960. Ald. rell. *ὀρθοστάδας*. Correxit Barn. quem vid. ad Ion. 1134. Musgr. ib. 1153.

V. 964. Elmslei. scribi vult *ἀμφιβωμίαν* vel *ἀμφιβώμιον*, ut *ἔπτηξε κρηπῖδα* dictum sit, ut Ion. 1279. *οὐ βωμὸν ἔπτηξεν θεοῦ*. Sic etiam Phoen. 1750. Ion. 52. legi vult *ἀμφιβωμίους*.

V. 965. Ald. Herv. 1. 2. *κρηπῆδ'*. Brub. *κρηπῖδ'*.

V. 968. Ald. Herv. 1. 2. Brub. Canter. *μή μ' ἀποκτείνεις*. Barn. *ἀποκτείνῃς*, et sic Florr. 1. 2.

V. 969. Elmslei. legendum censet: *σός εἰμι. σὸν παῖδ', οὐ τὸν Εὐρυσθέως, ὀλεῖς*. coll. Soph. Ai. 635.

V. 970. Ald. Herv. 1. Musgr. Herm. *τρέφων*. Herv. 2. Brub. Canter. Barn. *στρέφων*. *τρέφων* explicant *ἔχων*. Sed hoc pro *ἔχειν* ibi tantum ponitur, ubi de re continuata sermo est.

V. 972. Herv. 2. Brub. Cant. Barn. Musgr. *μυδροκτύπων*, nec quidquam enotatum e Florr. Sed praestat

lectio Ald. μυδροκτύπον, quocum Herm. recte comparat Rhes. 256. τετράπουν μῖμον ἔχων i. e. τετράποδος, τετράπουν μιμούμενος. Nimirum μυδροκτύπον μίμημα est τὸ ὑπὲρ κάρα βαλόντα ξύλον καθιέναι.

V. 977. ὑπεκλαβοῦσα verens ut *eripiendi* sensu Graecum sit, Pierson. Veris. p. 223. corrigit ὑπεκκλέπτουσα; quod probat Musgr. Pro κλῄει, ut est in Ald. Herv. 1. 2. Brub. κλείει ediderunt Canter. et Barnes.

V. 980. Pierson. Veris. p. 145. reponit κατέτρωσεν, quod recte respuit Musgrav.

V. 983. ἐπὶ λόφῳ κέαρ. Sic Ald. rell. et MSS. Canter. nov. lect. VI, 13. em. ἐπίλογχον χερί, quod recepit Barnes. Wakefield. ἐπιλόφῳ κάρᾳ. H. Steph. e MSS. suis duas lectiones profert, ἐπὶ λόφῳ κέρα et ὑπὸ λόφῳ κάρα. Hoc postremum recepit Hermann, praecedentis versus interpunctione ita mutata, ἀλλ' ἦλθεν, εἰκὼν ὡς ὁρᾶν, ἔφαινέ τε Παλλὰς, κρ. ἔγχος, ὑπὸ λόφῳ κάρα. Haec quidem lectio, ex meo certe sensu, eximie languet: quid enim post ἦλθε opus erat addere ἔφαινέ τε κάρα, et quidem ὑπὸ λόφῳ, caput, at non totum, sed sub galeae crista, sub galea, i. e. *faciem?* His additum plane diversum κραδαίνουσ' ἔγχος. Constructio vero ἦλθεν ὁρᾶν ὡς εἰκὼν ne graeca quidem esse videtur.

V. 985. μαργῶντά τ' ἔσχε Elmslei. in *Class. journ.* p. 214. et ad Iphig. T. 199. p. 282. Recte, ut mihi quidem videtur: cf. Phoen. 1156. Soph. Ai. 50.

V. 988. Ald. rell. διχοῤῥαγῆς. Barnes. διχοῤῥαγής, ut Flor. 1. 2. Vict. et erat in MSS. Steph. cum διχοῤῥαγοῦς.

V. 989. 90. In Ald. rell. hi versus isto ordine legebantur: 990. σὺν τῷ γέροντι δεσμὰ σειρείων βρόχῳ. (sic) 989. ἡμεῖς δ' ἐλευθ. Transposuit et vs. 990. emendavit Pierson. Veris. p. 149 sqq. quocum βρόχων scribere debebam, non βρόχῳ. Pro σειρείων MSS. Steph. τηρεύων.

V. 997. ἄπιστος Hermann. e Reiskii et Musgr. coniectura. ἄριστος vocatur ille φόνος, quia Argivos a dominatione filiorum Aegypti liberavit.

V. 998. Ald. rell. τῶν τοῦ Δ. Flor. 1. 2. τῶν τῶν Δ. Herm. τοῦ delevit et dictionis poeticae causa et ob metrum.

Versus enim a dactylo in dochmium transit. Ceterum hi, versus 996 — 1006. Hermanno sunt προῳδός, inter tres chori personas (X. ὁ ά 996 — 999. X. ὁ β' 1000 — 1003. X. ὁ γ' 1003 — 1006.) distributa.

V. 999. τὰ δ' Hermann. pro τάδ' *mala* ab *Hercule perpetrata*. Idem puncto distinxit post κακά, quum in Ald. rell. nulla esset interpunctio. Tyrwhitt. coniecerat: τά τότε κακὰ τάλαν ἰδιογενεῖ μόρῳ; μονοτ. Πρ.

V. 1001. Vict. V. C. ᾀδόμενον Μουσ. Proprie ipse Procnae filius ἐθύετο. pro eo φόνος θύεσθαι dicitur, et quum haec immolatio postea carminibus celebraretur θύεσθαι Μούσαις.

V. 1002. Ald. Herv. 1. 2. Brub. Cant. ὦ δαΐς. Brodaeus ὦ δαΐς, quod explicat o *filiorum carnifex Hercules*. Sic etiam Vict. Barnes. edidit ὦ παῖ Διός. Canter. Scaliger. Duport. ὦ δαΐς, quod receperunt Musgrav. et Hermann. Contra quod monet Elmslei. ὦ δαΐς non usurpari a Tragicis, et legendum censet ὦ τάλας. Non meminerat igitur Sophoclei Aiac. 784. ubi vid. Herm. ad 771.

V. 1005. ἢ φθιτῶν αἰδάν Ald. rell. ἢ φθ. ᾠδάν e Parr. G. 2714. dedit, et sic Flor. 1. 2. — Tum vulgo ἢ τὸν Ἀΐ. — Videntur accusativi στεναγμὸν, γόον, ἢ φθ. ᾠδὰν ἢ τὸν Ἅιδα χορόν a verbo ἰαχήσω pendere, ἐς τίνα autem per se esse *in quemnam*, ut vertit Hermann. *cantus lugubres sive cantus in mortuorum honorem sive Plutoni dicatos?* quod est dubitantis num satis graviter de hac calamitate conqueri possit.

V. 1007 — 1009. sunt στροφὴ ά apud Hermann. v. 1010 — 12. ἀντιστρ. ά.

V. 1008. κλίνοντα MSS. Steph. Vict. De metro vid. Seidler. ad Troad. 266.

V. 1011. πρὸς πατρός Flor. 1. ἴδεσθε τάδε τέκνα Ald. rell. quod ut ferri possit, inquit Hermann., correpta prima sequentis vocabuli syllaba, non puto tamen a poeta scriptum esse.

V. 1013. ἐπωδός (imo μεσῳδός) est apud Hermannum, eumque versum X. ὁ ς' habet; quod mirum, quum hic versus arctissime cum praecedentibus cohaereat.

V. 1014—16. Ald. rell. περὶ δέσμα δὲ, καὶ πολύβροχ᾽ ἁμμάτων | ἐρείσμαθ᾽ ἡράκλειον ἀμφὶ δέμας | τάδε, λαΐνοις ἀνημμένα, | ἀμφὶ κίοσιν οἰκεῖν. περὶ δὲ δεσμὸ Par. E. In Vict. annotatum ἴσ. περίδεσμα, ut ediderunt Cant. et Barnes. male. περί h. l. adverbii vice fungitur, cui ἐκ παραλλήλου appositum Ἡρ. ἀμφὶ δέμας. τὰ δέ pro τάδε Musgrav. Wakefield. τὰ μέν omissum esse censet ante Ἡράκλειον, τὰ μὲν ἀμφὶ δέμας Ἡράκλ. τὰ δὲ ἀνημμένα ἀμφὶ κίοσιν. cui adstipulatur Elmslei. male: nam vincula, quibus Herculis corpus adstrictum est, non diversa sunt ab iis, quae e columnis religata sunt. Vid. 990 sqq. Male igitur Musgrav. secutus sum τὰ δέ scribens pro τάδε, et post δέμας interpungens. Pro λαΐνοις Herm. λαΐνοισιν. et ἀνημμένα τ᾽ ἀμφὶ κ. Pro οἰκεῖν Vict. οἰκεῖ, οἴκων emendavit Brodaeus, edidit Canter. et sic Par. E. Flor. 1. 2. Post Ἡράκλειον lacunae signa posuit Hermann. *metri indicio*, ut scilicet hi versus pro stropha secunda esse possint, cui respondeat antistropha vss. 1047—50. quamquam ad sensum nihil deest, quod ipse alibi reprehendit Hermann. Vid. ad Iph. T. 863. Alterum ἀμφί deleri vult Elmslei. ut versus ἀνημμένα κίοσιν οἴκων similis sit vss. 1028. 1048. 1055. at ἀνάπτειν τί τινι non dicitur, si recte memini, pro ἀνάπτειν ἔκ τινος, πρός τι vel ut h. l. ἀμφί τινι. dativus autem significat instrumentum quo quid religatur, v. c. πρυμνησίοισι, supra v. 472. 3.

V. 1019. Ald. rell. τὴν λύσιν. Cantero debetur ἤλυσιν.

V. 1021. Ald. rell. ἐάσατε λαθέσθαι κακῶν; ἐάσετε Barn. ut iungantur οὐ σῖγα ἐάσετε, et ἐάσετε est in Vict. Herm. cum Wakefieldio post alterum σῖγα signum interrogandi posuit, ut ἐάσατε esset imperativus. Eidem debetur ἐκλαθέσθαι. Elmsleius ita scribit: Καδμ. γέροντες, οὐ (σῖγα, σῖ | γα) τὸν ὕπνῳ παρειμένον ἐάσετ᾽ ἐκλαθ. κ.; citans Aesch. Theb. 256. οὐ (σῖγα) μηδὲν τῶνδ᾽ ἐρεῖς κατὰ πτόλιν; et coniecturam suam alia coniectura sua confirmans. Ita Orest. 176. etiam interpungendum esset, οὐχὶ (σῖγα σῖγα) φυλασσομένα - - - In his omnibus duo orationis membra in unum contracta sunt, οὐ σῖγα ἕξετε, οὐκ ἐάσετε etc.

V. 1023. Ald. rell. καὶ σὲ δακρ. Herm. καὶ σέ γε

δακρ. Elmslei. κατά σε δακρ. i. e. καταστένω σε δακρ.

V. 1025. Ald. μὴ κτυπεῖτε, κτυπεῖτε. Alterum κτυπεῖτε, ut incuria in Ald. irrepserat, ita incuria ex rell. etiam Herv. 1. quae alias in vitiis etiam cum Aldina conspirare solet, excidit.

V. 1026. corruptus, quod et e metrorum insolentia et e verbo διαύω apparet. MSS. Steph. ἐνδιαύοντα, quo nihil lucramur. Reisk. coni. τὸν εὔδι' ἰαύοντα eleganter, Musgr. τὸν εὐδιάοντα i. e. ἐν εὐδίᾳ ὄντα, Hermann. vel βοᾶτε τὸν εὖ διάγονθ' ὕ | πνώδεά γ' ἐξ εὐνᾶς, ut μὴ βοᾶτε ἐξ εὐνᾶς sit μὴ βοῇ ἐξ εὐνῆς ἐγείρετε, et ita ἐγείρετε ex interpretatione ortum putetur; vel μὴ βοᾷ τι τὸν εὖ διάγονθ' ὑπνώδε' ἐγείρετέ μοι. Mihi, ut Reiskio, εὔδια latere videtur; nam mirarer, si ex εὖ διάγοντα librarii fecissent εὖ διαύοντα vel ἐνδιαύοντα. Quia versus correctio incerta est, ne hiatum quidem in διαύοντα ὑπν. sustulimus Hermann. et ego.

V. 1028 sq. Legebatur ὅδε ante Hermannum. διά μ' ὀλεῖτε est e coniectura Wakefieldii, quam secutus est Hermann. pro διαμολεῖτε. Cf. Orest. 155. Verba κεχυμένος ἐπαντέλλει Hermann. choro dedit. Ut hoc loco ἐπαντέλλει, *exsurgit*, sic Aesch. Agam. 26. εὐνῆς ἐπαντείλασαν. Flor. 1. 2. Vict. ἐπαντέλλοι.

V. 1031. Ald. rell. οὐκ ἀτρεμέα θρ. αἰάζετ'. Correxit Hermann. qui etiam ante hunc versum ἆ ἆ excidisse suspicatur.

V. 1033. Hermann. καταῤῥήξῃ. Sic 844. καὶ καταῤῥήξω μέλαθρον.

V. 1034. ἀδύνατά μοι sc. ἀτρεμαῖα θρῆνον αἰάζειν. Herm. ἆ δυνατὰ δυνατά μοι.

V. 1036. ὕπνον bis Ald. rell. semel Stiblin. P. Steph. Barn.

V. 1037 Ald. rell. ὅς ἔκανεν ἄλ.

V. 1039. In Ald. rell. personae sic distinguebantur: Χο. στέναζε νῦν. Αμ. στενύζω τέκνων ὄλεθρον. Χο. ἰώ μοι σέθεν τε παιδός. αἲ αἲ ὦ πρέσβυ. Αμ. σίγα, σίγα — κρύψω. θάρσει. νὺξ ἔχει βλ. παιδὶ σῷ. Αμ. ὁρᾶθ' ὁρᾶτε. Rectius distinxit Hermann.

V. 1043. Hermann. ἐξανεγειρόμενος, quod verbum solum Passovii lexicon habet, haud dubie ex hoc loco. φέρε ad sq. vs. transferendum videtur: φέρ' ἀπόκρυφον δέμας ὑ-πὸ μέλαθρον κρύψω.

V. 1046. Post ὁρᾶτε Hermanno μοι vel δή excidisse videtur.

V. 1047. μέν metrum dochmiacum turbat. Itaque eiecit Hermann. Pro οὐ Ald. Herv. 1. Flor. 1. 2. ὦ. οὗ Herv. 2. rell. et MSS. Steph. Vict.

V. 1048 sqq. Deest apodosis, τοῦτο δεινότατον ἔσται.

V. 1052. An ἔμολες ἐκπράξων?

V. 1057. Herm. post τάχα addidit δέ et sq. οὐδ' ante ἀναβακχεύσει. Deest sane syllaba brevis ad explendum dochmium, sed δέ frangit vim orationis. Possis etiam τάχα φόνον ἕτερον οὐδ' ἐπὶ φόνῳ βαλὼν — ut sequens versus sit anapaesticus.

V. 1059. Wakefield. et Blomfield. ad Aesch. Agam. 795. ὑπερκόπως, voces ὑπέρκοπος, ὑπερκόπως non sine causa suspectas habentes. Cf. Heath. ad Aesch. Agam. 476. Hic et sequens versus in Ald. rell. Herculi tribuebatur, Heath. et Tyrwhitt. choro adscripserunt.

V. 1060. MSS. Steph. εἰς τόνδ' ἦγ.

V. 1063. Libri ὡς ἐν κλύδ. δ' addiderunt Reisk. et Wakefield.

V. 1069. Ald. rell. ἦ μὲν νεκρ. Wakefield. ἦ μήν, quod cum Hermanno recepi. Sed facile credo Elmsleio, ἦ μήν non esse huius loci: gravius enim illae particulae affirmant, quam rei natura patitur. vid. Devar. p. 170 sqq. Musgrav. coni. ἧμαι νεκρ. γ. θ. ἔχων, a qua coniectura progressus Elmsl. praecedentia sic corrigit: πρὸς ἡμιθραύστῳ λαΐνῳ τειχίσματι ἧμαι, ν. γ. θ. ἔχων; ἡμίθραυστος lexicis addi iubens.

V. 1070. Ald. Herv. 1. Brub. πτ. τ' ἔγχη τόξα θ' ἔσπ. π. Herv. 2. Cant. rell. πτ. τ' ἔγχη τόξα τ' ἔσπ. π. et sic Flor. 1. 2. πτ. δ' ἔγχη τόξα τ' ἔσπ. π. Hermann.

V. 1072. Elmslei. formae πλευραί, πλευράς semper infensus, hic etiam legi vult ἔσωζε πλευρά τ' ἐξ ἐμοῦ τ' ἔσ. Vid. Hermann. ad Soph. Ai. 1389.

V. 1073. Ald. rell. οὔπω κατ. MSS. Steph. Vict. ἤπου,

quod receperunt Canter, Barn. Musgr. Herm. Vid. ad Med. 690. Hermann. in Elmslei. Med. ed. Lips. p. 338. Pro εἰς Ἅιδου Pierson. Veris. p. 224. legendum suspicatur ἐντολαῖς, quod Hermann. ita probat, ut v. 1074. sic pro εἰς Ἅιδου legendum dicat.

V. 1075 sq. Quum negandi vis, quae inest in οὐδέ, ad τε sequens pertinere non soleat (vid. Aesch. Prom. 244. 260. Eur. Heracl. 454. cf. Elmsl. ad Med. 431. not. r) Wakefield. pro οὐδέ coni. ἤδε, Emslei. autem in Class. journ. p. 215. coni. ἀλλ' οὔτι Σισύφ. εἰσορῶ π. Num igitur post οὔτι negandi vim lucratur τε, Πλούτωνα τε pro οὔτε Πλ.? Non videtur attendisse vir egregius, ubi τε post οὔτε aiendi vim retineat, hoc suum sibi proprium vel verbum vel praedicatum habere, ut in locis ab Elmsleio allatis omnibus; v. c. ἐγὼ γὰρ οὔτ' ἂν εἰσιδεῖν τάδε Ἔχρῃζον, εἰσιδοῦσά τ' ἠλγύνθην κέαρ. Hoc loco verbum εἰσορῶ utrique accusativo, πέτρον et Πλούτωνα, commune est, quamquam οὔτε Πλούτωνα etiam dici poterat. Il. α, 602. οὐδέ τι θυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐΐσης, Οὐ μὲν φόρμιγγος περικαλλέος, ἣν ἔχ' Ἀπόλλων, Μουσάων θ', pro οὔτε Μουσ. Similia e latinis scriptoribus attulerunt Bentlei. ad Hor. Serm. I, 6, 68. Wyttenbach. Bibl. crit. III, 4. p. 4 sq. Huschke ad Tib. II, 4, 17. p. 346. Idcirco nec Schaeferi coniecturam, — πέτρον, Πλούτωνος οὐδὲ σκῆπτρα — (vid. Lamb. Bos. p. 776 sq.) propositam ad Dionys. Hal. p. 300. necessariam puto. Pro πέτρον Ald. Herv. 1. 2. Brub. πτερόν. πέτρον Canter. rell. et Vict. quemadmodum correxit etiam Brodaeus.

V. 1077. Valck. ad Hipp. 934. ποῦ ποτ' εἰμ' ἀμηχανῶ. ποῦ pro ὅπου accipiens.

V. 1078. Male secutus sum Hermannum scribentem τίς ἐγγὺς pro τίς ἐγγύς. Vid. ad Suppl. 1187.

V. 1082. μὴ προδῷς Ald. rell. et Codd. μὴ προδούς MSS. Steph. Hoc receperunt Canter. Barn. Musgr. illud revocavit Hermann. — τὰς ξυμφοράς. Wakef. μὴ προδῷ σὰς συμφ. Lenting. p. 111. Praestaret, credo, inquit, quoad sensum, σὰς ξυμφοράς (non male: sed quae sequuntur, non intelligo) numeri vero e vulgata lectione suaviores sunt.

V. 1087. Ald. Herv. 1. 2. Brub. Cant. ἀκανθεών

(Herv. 2. Brub. Cant. ἄκαν θεῶν) τίς εἶπαθ', οἶ (Herv. 2. Cant. οἴ) κατατστένοι. Vict. εἰπάθ'. Correxit Canter. nov. lect. V, 1. nec dissentiunt Florr.

V. 1088. Ald. rell. μέγας ὁ κόμπος. γ' inseruit Musgrav. e Par. 2714. quocum conspirant Flor. 1. 2. Vict.

V. 1091. Ald. rell. εἰ μὴ καθ' ᾅδου βάκχος. μηκέθ' Canter. Qui εἰ μηκέθ' Ἅιδου βάκχος εἶ, φράσαιμεν legi volebat Musgrav. in eodem errore versabatur, quo ego ad Hipp. 654. Vid. Schaefer ad Gnom. p. 22. — Sequentia sic transponit Iacobs ad Athen. p. 151. v. 1091. 94. 93. 92.

V. 1098. Ald. rell. ἀρκεῖ· σιωπῇ γὰρ μαθεῖν οὐ βούλομαι. Correxit Heath. Similis sententia Hipp. 908.

V. 1102. Ald. rell. συμφορὰν ἕξεις τίνα; λέξεις Brodaeus, Canter. Scal. Reisk. Musgr. ἕξεις defendit Herm. loco Ion. 1334. (nam cetera aliena) Schaefer. melet. p. 86, 30. loco Soph. El. 1359 sq. At si ἔχειν h. l. est *nuntiare*, dixisset, puto, ἔχεις, non ἕξεις. nam ἔχειν non tam est *nuntiare*, quam *nuntiare posse*.

V. 1105. Flor. 1. 2. σπεύσας pro ἔσπευσας.

V. 1112. στεναγμῶν νέφος. Wakefield. comparat Med. 127. νέφος οἰμωγῆς. Pind. Nem. 9, 89. νεφέλαν φόνου.

V. 1114. ἢ βάκχευσ' ἐμόν; Ald. rell. et Codd. Recepi Heathii emendationem. Hermann. coni. ἡ γὰρ ξυνήραξ' οἶκον ἐκβάκχευμ' ἐμόν; Vox ἐκβάκχευμα nulla adhuc auctoritate munita est, sed in vulgata vestigia esse censet vocabuli ἡ βάκχευσις, et hanc interpretationem esse voc. ἐκβάκχευμα.

V. 1115. δυςτυχεῖ Ald. Herv. 1. Brub. δυςτυχῇ Herv. 2. Canter. rell. et sic Flor. 1. 2. Vict.

V. 1118. Particulae δή γε vel interposito verbo δή – γε saepius leguntur, sed ibi ubi vis particulae δή gravius signanda est, non in interrogatione. Itaque h. l. non dubito, quin cum Schaefero, Elmsleio *class. journ.* p. 216. Blomfield. Mus. crit. 2. p. 182. Reisigio Coniect. p. 231. legendum sit τί δῆτα. Sic Aesch. Prom. 746. Soph. Oed. T. 1159. Eur. Hipp. 1057. Arist. Lys. 181. 1159. quae loca citat Elmslei.

V. 1120. Ald. Herv. 1. 2. Brub. λυσσάδος. Canter.

rell. λιθάδος e Brodaei emendatione, consentientibus Florr. 1. 2. Vict.

V. 1122. δικαστής. Vid. Markl. ad Suppl. 1215.

V. 1123. Ald. rell. et Codd. τὴν ἐμὴν ἐμπρήσας. MSS. Steph. κατεμπρήσας, quod recepit Canter. Contra Elmslei. in *Class. journ.* n. 16. p. 431 sq. monet vocis κατεμπρήσας nullam esse auctoritatem, et corrigit ἢ σάρκα τὴν τάλαιναν ἐμπρήσας πυρί. etiam propter regulam eam, de qua disputat Hermann. elem. d. metr. p. 117.

V. 1128. Reisk. φιλτάτῳ, quod probant Musgrav. et Elmslei. *Class. journ.* p. 216. At saepe Tragici pro singulari ponunt pluralem, quod de certo homine dicendum erat, ad genus (ab *hypothesi* ad *thesin*, ut loquuntur rhetores) revocantes. Vid. Valcken. ad Phoen. 978. Brunck. ad Eurip. Bacch. 543. Or. 1326. Victor. tamen φιλτάτου.

V. 1129. ποῖ. Vel cogitandum ἐλθών, vel hoc cum μολὼν v. sq. iungendum, deleta interpunctione post εὕρω, ut vult Elmslei. ad Iph. T. 358. Miror Hermannum ποῦ scribentem, qui alibi recte hunc usum explicaverit.

V. 1131. Ald. rell. φέρ' ἂν κρατὶ περιβάλω σκότος. πέπλοισι e MSS. Steph. accessit in Canter. φέρ' ἂν τι κρατὶ Florr. 1. 2. Vict. sed in 2. Vict. marg. annotatum λείπει. ἂν Heath. in ἐν mutavit.

V. 1133. Ald. rell. καὶ τῷδε προςτρόπαιον αἷμα προςλαβών. Flor. 1. καὶ τῷδε μυσαρὸν προςτρόπαιον, 2. Vict. καὶ τῷδε προςτρόπαιον et in marg. μυσαρόν. προςβαλὼν est a Cantero. Praeterea ὄμμα pro αἷμα Musgrav. quod nollem recepissem.

V. 1136. Legebatur μένουσιν ἔνοπλοι, quod non necesse erat mutare.

V. 1145. Ald. rell. οὔπω τι λέλ. Barnes. ἤ που λέλ. quod probat Musgrav. οὔτοι λέλ. Herm. istud enim τι nihil aliud esse quam τοι pro correctione ad πω adscriptum. οὔπω et ἤ που confusa iam saepius vidimus.

V. 1146. Ald. Herv. 1. 2. Brub. ἀφεῖμαι. Cant. Barn. ἀφῖγμαι et sic MSS. Musgr. Flor. 1. 2. Vict.

V. 1150. Sequentes triginta quinque versus Hermann.

in decem strophas, totidemque antistrophas (στρ. ά v. 1150. ἀντ. 1152. στρ. β'. 1151. ἀντ. 1153. στρ. γ'. 1154. 5. ἀντ. 1183. 4. στρ. δ'. 1156. ἀντ. 1160. στρ. έ. 1157. ἀντ. 1159. στρ. ς'. 1161. 2. ἀντ. 1171. 2. 3. στρ. ζ'. 1163. ἀντ. 1167. στρ. ή. 1164. 5. 6. ἀντ. 1171. 2. 3. στρ. ί 1178. 9. ἀντ. 1181. 2.) et duas μεσῳδοὺς 1158. et 1168. 9. descripsit Seidleri dispositionem de verss. dochm. p. 358 sqq. (in qua lacunae sunt pro στρ. ς'. ἀντ. ς'. et partis ἀντ. δ.) magis etiam absurdam et praeposteram Hermanni dispositione iudicat Elmslei. *Classic. journ.* p. 216.

V. 1150. ἄναξ in fine versus excidisse suspicatur Hermann.

V. 1154. Herm. ἔτεκεν ἔτεκεν οὑμὸς ἶνις τ. Elmsl. ἔτεκε μέν νιν οὑμὸς ἶ. τ. Seidler. vulgatam reliquit, ex qua versus e diiambo et dochmio constans respondet versui 1175, si ἰὼ τέκνόν scribas.

V. 1155. Vulgo ἔκτανε φοίνιον. Malui ἔκανε φόνιον. Non video enim cur hac dochmiaci forma ⏑⏑⏑––⏑⏑ | –⏑⏑–⏑– uti maluerit, quam illa usitatiore ⏑⏑⏑–⏑⏑⏑ | ⏑⏑⏑–⏑– Et φόνιον habent Flor. 1. 2. φονιον Vict.

V. 1159. Flor. 2. Ald. Herv. 1. 2. Brub. Barn. οἰχόμεσθ', οἰχόμεσθα πτ. Canter. P. Steph. οἰχόμεσθα, οἰχόμεσθα πτ. Commel. Musgr. οἰχόμεθα, οἰχόμεθα πτ. Correxit Heath. et sic Flor. 1.

V. 1162. Inter ἑκατογκεφάλου et ὕδρας lacunae signa posuit Hermann. metri, non sensus, indicio. Seidler. ἑκατογκεφάλοιο quod probat Elmslei.

V. 1163. Ald. rell. Ἥρας ὅδ' ἀγὼν τις δόλου νεκροῖς γέρον. Emendavit Reisk. nisi quod ὡγὼν scripsit.

V. 1164. ὅς ante ἐπὶ addidit Canter. θεοῖσι pro θεαῖς Herm. ἦλθεν pro ἦλθε scripsi et versus ita distinxi, ut tres dochmiaci dimetri exirent.

V. 1168. εἰδείης positum esse videtur pro ἴδοις. Vid. ad Rhes. 655. Sed Elmslei. ad Med. 836. not. u. em. οὐκ ἂν ἴδοις, etiam ne οὐ-γε tolerandum esset. Vid. Hermann. ad Soph. Ai. 1318.

V. 1171. Ald. rell. αἰδούμενος. Herm. αἰδόμενος. Ver-

sum Glyconeum esse monet Seidler. „Si quis malit totam strophulam e dactylis constare, is post ὄμμα inserat τε.“ Hoc adscivit Elmslei. ad Med. l. c. sicut ὁμοφύλιον v. 1172, ut Seidler. dedit pro ὁμόφυλον. De cognatione Herculis et Thesei vid. ad Heracl. 210.

V. 1174. ἦλθεν Hermann. pro ἦλθον. Contra quod Seidler. monet, τὸ ἐλθεῖν magis convenire Theseo quam Herculi. Wakefield. ἀλλ' ὡς συναλγῶν γ' ἦλθον, Seidler. ἀλλ' εἰ συναλγῶν γ' ἦλθον, ἐκκάλυπτέ νιν; *sed quandoquidem una dolens veni, retege eum.*

V. 1175. Seidler. ἰὼ τέκνον. Versus e vulgata scriptura est dochmiacus cum cretico.

V. 1177. Hermann. βά | ρος δ' ἀντίπ: δακρύοισιν ἁμιλλᾶται. Tales dochmiacos nunquam usurpasse Tragicos monet Seidler. de vers. dochm. p. 75. συναμιλλᾶσθαι quidem, nisi fallor, hoc uno loco legitur, et ex δακρύοισιν ἁμιλλᾶται facile fieri potuit δακρύοις συναμιλλᾶται. Sensum versus sic declaravit Brodaeus: *auctoritas mea tantum apud te ponderis habere debet, quantum si cum lacrymis obsequerer.* Heath. *Senectutis meae gravitas, quae lacrymas aversatur, nunc tamen cum iis simul hoc a te contendit.* Wakefield, recte monens βάρος nusquam dignitatem vel pondus figurate sonare, et πάθος scribens: *ego, cui non minor insidet aegritudo, adversor taciturnitati tuae et cum lacrymis contra eam pugno.* Hermann. *certat cum lacrymis tuis pondus non minus grave: si dolor facit, ut nolis conspici, at amicitia in te Thesei postulat, ut retegas faciem.* Itaque Thesei in Herculem amicitia vocatur βάρος? vix crediderim. Nec lacrimae quomodo deceant Herculem vel in tanta animi desponsione in eum cadere possint, intelligo. Equidem non dubito, quin lacrimae sint Amphitruonis. cf. 1180. βάρος autem esse videtur τὸ τοῦ γήρως βάρος, ut sensus sit: *senectus mea parem ad te commovendum vim habere debet ac lacrimae meae; respice et senectutem meam et lacrimas.* Sed in hoc mihi ipse non satisfacio, quum βάρος hoc sensu tam nude dictum durum esse videatur.

V. 1180. Ald. rell. ἐμβαλών. Scaliger ἐκβαλών, et sic Par. G. Flor. 1. 2. Vict. πολιὸν δάκρυον senilem lacri-

mam recte interpretatur Hermann. ad Elmsl. Med. 876. p. 381. Lips.

V. 1182. Ald. rell. κάτασχε λέοντος ἀγρίου θυμόν γ' ὅπως βρόμον ἐπὶ φόνιον. κατάσχε nunc barbarum iudico; vid. ad Troad. 82. Porson. ad Orest. 1330. κάτισχε conj. Porson. l. c. Hermann. ordinem verborum mutavit ita: κατάσχε λέοντος ὅπως ἀγρίου θυμόν. βρόμον ἐπὶ φόν. „Illud γ' nisi metricis debetur, ex eo videtur ortum esse, quod librarius, quum scripsisset ἀγρίου θυμὸν ὅπως, appositis numeris β' γ' α' errorem corrigere voluit." Dubium non esse quin γ' insertum sit ad iambicum trimetrum efficiendum, Elmslei. quoque monet in *Classic. journ.* Idem optime versus emendasse videtur ad Soph. Oed. T. 663. quare eius emendationes recepi, nisi quod ἀγρίου servavi, pro quo ille ἄγριον. δρόμον pro βρόμον est ex emendatione Reiskii.

V. 1187. Ald. rell. Flor. 1. ἴδ', εἰ σκότους. Emendavit Canter. et σκότος est in Flor. 2.

V. 1190. Ald. rell. βαλεῖ. Scaliger. βάλῃ.

V. 1199. Ald. rell. τὰ τῶν θεῶν γε. Stiblin. Canter. rell. omiserunt τῶν, quod nec in Florr. legitur.

V. 1200. Ald. rell. τῶνδ' ἀγῶν'. Parr. E. 2714. Florr. 1. 2. τόνδ' ἀγῶν'.

V. 1203. Ald. rell. τί δ', οὐ μιαίνεις --; Barn. Musgrav. τί δ' οὔ; μιαίνεις. Hermann. veterem interpunctionem revocavit, sed puncto in fine versus posito pro nota interrogationis. Barnesii interpunctio maiorem vim addit sententiae.

V. 1206. MSS. Steph. εὖ δρᾶσαι. Haec vero coniectura Stephan., non scriptura MSS., esse videtur. De participio post ἀναίνομαι vid. Brunck. ad Eur. Bacch. 247.

V. 1207. 8. Hi versus inverso ordine leguntur in Ald. Herv. 1. Brub. Verum ordinem restituit Brodaeus, a quo accepit fortasse Herv. 2. et H. Steph. e MSS. nec e Florr. quidquam enotatum, e quo alio ordine in iis hos versus legi, quam in Musgrav. suspiceris.

V. 1208. Ald. rell. οἰκτρὸς πάρειμι. Pierson. Veris. p. 245. et Reisk. οἰκτρὸς γάρ εἰμι. Contrarium vitium

esse in Soph. Ai. 634. Phil. 1337, ibique legendum παρ' Ἅιδῃ et παρ' ἡμῖν, monet Elmsl.

V. 1209. ἐφ' ἑτέραισι συμφοραῖς, *in mutata* i. e. adversa, *fortuna*. Vid. Hermann. et cf. Coray ad Isocr. T. II. p. 279. Wyttenbach. ad Phaedon. p. 321. quos citat Boissonad.

V. 1211. Recte Heath. sensum esse monet, Herculis infortunia tam esse magna, ut a terra ad coelum usque pertingere dici possint. Eadem similitudine in contrariam partem usus est Pind. Pyth. X, 42. ὁ χάλκεος οὐρανὸς οὔποτ' ἄμβατος αὐτοῖς et is, qui apud Cicer. Tusc. disp. I, 46. *Morere, Diagora,* inquit: *non enim in coelum ascensurus es.* Vid. Boeckh. explic. ad Olymp. V. extr.

V. 1213. In Ald. rell. deest σῶν, quod supplevit Canter. inventum a Musgravio in Pariss. et nunc in Florr.

V. 1215. Ald. rell. ἴσχε τὸ στόμ'. τὸ om. Pariss. E. 2714. Florr.

V. 1216. Flor. 1. 2. γέμων. ὅπῃ τεθῇ etiam Longin. 40. ubi ed. Rob. MS. Paris. ὅποι. ὅπῃ Plutarch. II. p. 1063. D. ὅπου p. 1048. F. Ovid. de Pont. IV, 16, 51. *Porson.* Adv. p. 271. Verba κοὐκέτ' ἔσθ' ὅπῃ τεθῇ Hermann. ad Elmsl. Med. 328. comparat cum illis πονοῦμεν ἡμεῖς, καὶ πόνων κεχρήμεθα, γνωτὰ κοὐκ ἄγνωτά μοι etc. De reliquis vid. Herm. ad h. l.

V. 1220. Ald. rell. σύ γ' ἐκτός. Emendavit Wakefield. Cf. Elmsl. ad Soph. Oed. T. 1030.

V. 1222. i. e. οὔκουν τοσαῦτα ἔλεγον ἄν, εἰ μέτρῳ μοχθητέον ἦν, *non tot verba fecissem, si modice aerumnae perferendae essent.* Herm. edidit: οὔκουν τοσαῦτά γ' ἐν μέτρῳ μοχθητέον.

V. 1225. Ald. Herv. 1. 2. Brub. Cant. οὐκ ἂν ἀνάσχοιθ'. σ' addidit Barnes. consentientibus Florr. Elmslei. comparat Hel. 1045. ubi etiam ante Barnes. omittebatur σ'.

V. 1226. Vulgo ἄκουε δὴ νῦν. Vid. ad Hec. 816.

V. 1227. Ald. rell. πρὸς νουθεσίας σάς. Emendavit Pierson. ad Moerid. p. 270.

V. 1243. Elmslei. ad Ach. 1095. et ad h. l. p. 217. legendum censet *Γηρυόνας* pro *Τυφῶνας*, quum nulla ratio excogitari possit, cur Typhon inter monstra ab Hercule debellata commemorari, vel *τρισώματος* appellari potuerit. At num *Γηρυόνας* ultimam brevem habere potest? Itaque pro *Τυφῶνας* vel aliud excogitandum est, vel Euripides satis habuit monstra maxime dira commemorare, nil curans an ea quoque ab Hercule subacta sint. — *τετρασκελεῖς* Ald. rell. et Codd. quod equidem nullo modo defendi posse existimo. Pluralia quidem nominibus collectivis saepissime adduntur, sed participia tantum, temporis notationem habentia, vel adiectiva ea, quae extrinsecus aliquid adiungunt nomini et praedicati vice funguntur; sin adiectivum ita copulatur cum nomine, ut unam haec duo summam efficiant, v. c. *ὁ μέγας στόλος*, nunquam adiectivi numerus a numero substantivi discrepat, nec quisquam unquam *οἱ μεγάλοι στόλος* dictum inveniat. Itaque Reiskii emendationem recepi *τετρασκελῆ*.

V. 1246. *φονεύσας* dixit, quia plura facinora sua enumerare volebat, post quae adderet *εἰς νεκροὺς ἀφικόμην*, sed inhibet narrationem suam per aposiopesin quandam post *φονεύσας*, et immutata orationis forma pergit *μυρίους τ' ἄλλους πόνους ἐξήνυσα*, *κεὶς τ. ἀφ.* Ad *πόνων ἀγέλας* respexit Grammat. in Bekk. anecdot. p. 336, 29.

V. 1250. Ald. rell. *φόνον*. *πόνον* Reisk. de cuius emendationis veritate vix dubitari posse censet Elmslei. Id nunc dubito num recte receperim: nam *πόνοι*, quos commemorat, iidem erant *φόνοι*, praeter ultimum.

V. 1259. *κληδουχούμενοι* interpretor, *dum observamur* ab hominibus et *acerbis* eorum *conviciis* exagitamur. Hermann. scriptum fuisse censet *κηλιδούμενοι*, quae vox legitur v. 1289.

V. 1263. Ald. Herv. 1. 2. Brub. Cant. *ὧδ' αἰεὶ κακῶς ἔστ'. οὐδὲν ἄλγ.* Peius etiam Herv. 2. Brub. Cant. *ἄλγει*. *ᾧ δ'* Barnes. ut est apud Stob. Tit. CII. Gesn. p. 558. CIV. Grot. p. 427.

V. 1264. *συγγενῶν δύστ. ὢν* Ald. rell. *συγγενῶς* e Stobaeo scribendum esse iam Brodaeus monuit. „Sed

quid sibi vult illud συγγενῶν vel συγγενῶς?" Elmslei. ad Heracl. 387. Add. συγγενῶς δύςτηνος est, ὅς σύντροφός ἐστι τῷ δυςτυχεῖν, ut loquitur Iph. T. 1088. vel ipsa natura sua, inde a natalibus, fato quodam, infelix, ut Pindar. τὸ συγγενὲς, τὸ συγγενὲς ἦθος, ὁ συγγενὴς πότμος usurpat. A primo vero ortu se miseriae destinatum fuisse dixit v. 1229 sqq.

V. 1268. ἁρματηλάτην Ald. rell. Correxit Musgr.

V. 1273. βίον γ' ἀχρεῖον Heath. et Reisk. pro βίον τ' ἀχρ.

V. 1274. Recte Herm. χορευέτω δή.

V. 1275. haud dubie corruptus. Brodaeus pro πόδα malebat πέδον, quam coniecturam Cantero et Porto probatam recepit Barnes. Heath. autem scribendum censet κρούουσ' Ὀλύμπου σεμνὸν ἀρβύλῃ πέδον. Sed quominus πόδα corruptum putemus, deterret Electr. 180. ubi item est ἑλικτὸν κρούσω πόδ' ἐμόν, et Iphig. A. 1031. χρυσεοσάνδαλον ἴχνος ἐν γᾷ κρούουσαι. Musgrav. vulgatam tuetur, cuius constructionem esse dicit, κρούουσα ἀρβύλῃ πόδα Ὀλ. Ζ. nam Graecos pro contumeliose tractare aliquem libenter dicere *inambulare* vel *insultare* alicui, quod confirmare vult loco Plutarchi de discrim. adul. et am. p. 57. A. ubi vid. Wyttenbach. p. 466. Poterat etiam Gallorum formula uti, *je lui ai marché sur le pied.* Hermann., fortasse scribendum est, inquit, κρούουσ' Ὀλύμπῳ Ζηνὸς ἀρβύλῃ πόδα, ut Iuno Ζηνὸς ἀρβύλῃ saltare, i. e. pro Iove se gerere dicatur; quod summae festivitatis est. Hoc si dicere voluit Euripides, idem sensus est in vulgata, κρούουσα πόδα ἀρβύλῃ Ζηνὸς Ὀλυμπίου.

V. 1282. Wakefield. ἁγὼν ὅδε, quod nescio cur spreverit Herm. quum supra v. 845. (829.) scripserit ἁνὴρ ὅδ' pro ἀνὴρ ὅδ'.

V. 1284. Ald. rell. etiam Barn. παραινέσαι μ' ἄν. Commel. παραινέσαιμ' ἄν et Vict. in quo additum ὅρα εἰ λείπει. Excidisse hic quaedam vidit etiam Scaliger. cui imperite obloquitur Barnes.

V. 1286. Edd. et Codd. εἴπερ οὐ ψευδεῖς λόγοι. quod non debebam mutare, quamvis ita scribi iubente Elmsleio *class. journ.* p. 218. et ad Med. 348. οὐ enim non

ad totam sententiam, sed ad unum *ψευδεῖς* spectat. Vid. Hermann. ad Elmsl. Med. 87. 348.

V. 1287. Post *οὐ λέκτρα τ' ἀλλήλοισι συνῆψαν*, debebat sequi, *καὶ δεσμοῖσι πατ. ἐκηλίδ.* Vid. ad Phoen. 1313.

V. 1304. Dele *σ'* post *τίμιον*, quo primus pes fit creticus.

V. 1309. Inutilis est Porsoni correctio Suppl. praef. ad Hec. p. XXXIV. *οὐδ' ἓν δεῖ φίλων*. Pro *δεῖ* Flor. 1. *σοί*. Eadem sententia est Orest. 656 sq.

V. 1311. *τοι* e MSS. Pariss. addidit Musgrav. omissum in Ald. rell. et Florr.

V. 1315. Flor. 1. *δεσπότου*.

V. 1316. *ὀρθῶς* pro *ὄντως* citat Clemens Alex. Strom. V. p. 691. quod praeferre videtur Wyttenbach. ad Plat. Phaedon. p. 163. citans Hipp. 1159 sq. Alc. 652. Androm. 377 sq.

V. 1317. Ald. Flor. 1. Vict. *ἀοιδῶν δ' οἵδε*. *δ'* om. Flor. 2. et Plut. II. p. 1052. E. deest etiam in Herv. 1. 2. Brub. rell. casu potius, quam consulto.

V. (742.) 732. στρέψαι ἀλλάξαντα, sc. Δία. Canter. et Scalig. ἀέλιον pro ἀελίου. At hoc vix a librario proficisci potuit.

V. (747.) 737. Ed. pr. μῦθοι, κέρδος δέ. δέ delevit Musgrav. auctore MS. β. omittunt etiam Flor. 1. 2. Si sensus est, qui esse debet, *ad deorum cultus*, rectius est πρὸς θεῶν θεραπείας.

V. (755.) 745. πῶς ἥκομεν i. q. πῶς ἔχομεν. Herod. I, 102. ἑωυτῶν εὖ ἥκοντες. ib. 149. ὡρέων ἥκουσαν οὐκ ὁμοίως. *qua pugnae fortuna utimur?*

V. (756.) 746. Flor. 1. 2. πλὴν ἐμφόνιον i. e. ἓμ φόνιον ex antiqua pronuntiatione. Flor. 1. etiam οἰμωγάς.

V. (764.) 754. Pro οὔτοι Valck. ad Phoen. 455. οὔτι.

V. 768.) 758. εὔχεσθαι recte post Portum Elmslei. ad Soph. Oed. C. 1025. vertit *gratias agere*. Cf. ad 561.

V. (769.) 759. πῶς μοι πιστά, i. e. πῶς τάδε πιστά ἐστιν ἃ σημαίνεις;

V. (773.) 763. Ed. pr. πατρός γ' ἐμοῦ. γ' delevit Barnes. auctore Miltono.

V. (774.) 764. Ed. pr. δίσσοι. Correxit Canter. et δίς σοι Flor. 1. 2. Tum V. D. in *Edinburg. rev.* 38. p. 480. ἅ γ' οὖν βούλει.

V. (776.) 766. τίνος Flor. 1. 2.

V. (779.) 769. Lobeck. ad Aiac. 427. legendum coni. δίκροον εἰς ἅμ. et iam Scal. δίκρουν. Vid. Barn.

V. (782.) 772. κάρᾳ Portus pro κάρα.

V. (784.) 774. πορεύεσθ' ἐστέ τ'. Sic optime Musgrav. pro πορεύεσθέ τ'.

V. (785.) 775. Ἀλφειόν ed. pr. Brub. Canter. Ἀλφεόν (ε) Barn. et sic Flor. 1. Ἀλφειὸν Flor. 2.

V. (789.) 779. Ed. pr. θοίνην. pro quo recte Seidler. θοίνη.

V. (804.) 794. Ed. pr. σφάγι' ἐνέφερον. Scalig. σφαγεῖον ἔφερον, Schaef. σφαγεῖ' ἐνέφερον. Prius praetulit Seidler. de verbi ἐμφέρειν pro εἰςφέρειν usu dubitans.

V. (805.) 795. Ed. pr. Flor. 1. 2. πυρὰν ἧπτον. Emendavit Canter.

V. (816.) 806. Lenting. p. 114. malit δεξιά pro δεξιῶς, falsus tamen, defendi posse δεξιᾷ, ut alibi legatur ἔθηκε χειρί.

V. (819.) 809. Musgravii coniecturam ἓν τῶν καλῶν probasse videtur Porson. qui adv. p. 273. adscripsit: Phoen. 1682. (i. e. 1668. nostr. ed.) Alexis Athenaei I. p. 21. D. Suidae v. ἀναλαβέσθαι. Eustathii ad Il. σ'. p. 1164; 32 = 1223, 35. Timocles Athen. VI. p. 237. E. Casaub. ad VI, 17. p. 260. F.

V. (824.) 814. Flor. 1. εὐτρεπῆ πορπόματα.

V. (829.) 819. Ed. pr. Barn. Musgr. Seidl. ἱππίους. quod probat Valck. ad Phoen. 1701. Ed. Vict. Flor. Brub. Cant. ἱππείους. Musgrav. coni. ἵππιος, quod praetuli ne διαύλους duo adiectiva iuncta haberet, δρομεύς unum. ἱππίους ad similitudinem praecedentium scriptum videtur. De re cf. ad Med. 1171.

V. (833.) 823. προςβολάς, *fortunam*, *eventum*, ut apud Antiphontem p. 123. ed. Steph. ubi Reisk. in indice recte interpretatur *impetum infesti numinis in hominem impium incurrens, velut aries in moenia.* Sic etiam apud Aristoph. Pac. 39. accepit Bergler. supra (660.) 650. erat μητρὶ προςβάλλει φόνον *caedem infligit.*

V. (839.) 829. Flor. 1. 2. παστηρίαν, et vs. sq. Flor. 1. θοινασόμεθα. Ad πευστηρίαν e θοινασόμεσθα supple θοίνην, ut Herc. f. 177. κῶμον ex ἐκώμασεν.

V. (841.) 831. Ed. ἀποῤῥήξω. Musgrav. ἀποῤῥῆξαι, quod etsi etiam nunc elegantius videtur, quam quod vulgatur, non debebam tamen recipere.

V. (842.) 832. Flor. 1. σκόπει (sic) pro κόπτει.

V. (847.) 837. ἠλάλαζε Seidler. explicat ἐθορυβεῖτο, scil. *manus pedesque iactans.* Nam cognata esse ἀλα-

λάζω et ἀλάλημαι. hoc a Suida reddi τεθορύβημαι, hinc ἀλαλητὸς, ἀλαλή θόρυβος, ut explicantur ab Hesych. Etymol. M. aliis. τυμπάνων, αὐλοῦ ἀλαλαγμὸν commemorari Cycl. 65. Hel. 1352. Hinc mirum esse, si solum verbum ἀλαλάζειν, a quo ista descendant, de nullo alio nisi de vocis strepitu dici potuerit. At primum ἀλάλημαι, ἀλαλή, ἀλαλητός non nisi a Grammaticis explicantur τεθορύβημαι et θόρυβος, in scriptoribus ipsis non nisi de sono, quem voce ac clamore edunt, usurpatum invenitur, quod ne ipsum quidem de ἀλάλημαι id est *vagor* valet. A vocis similitudine nil mirum ἀλαλαγμός ad sonum tibiae vel tympani translatum esse in oratione lyrica, ut ἰαχὰ συρίγγων Ion. 502. At σῶμα ἠλάλαζε *strepitum dedit*, qui cum voce humana comparare posset, vel σ. ἰάχει, ridicule dictum esset, certe comice, ut Aristoph. Ran. 19. ὁ τράχηλος τὸ γέλοιον οὐκ ἐρεῖ comice, non per negligentiam aliquam, dixit. Itaque unice verum puto, quod Valcken. apud Pierson. ad Moerin p. 356. coni. ἐσφάδαζε. De vocabulo δυςθνήσκων vid. Lobeck. ad Phryn. p. 616. δυςθνησκοῦν malebat Blomfield. ad Aesch. Agam. 1264. Add.

V. (853.) 843. φονέα δέ. Sic Porson. adv. p. 273. pro φονέα τε.

V. (854.) 844. με καίνετε V. D. in *Edinburg. rev.* n. 37. p. 79.

V. (860.) 850. Ed. pr. κάρα γ' ἐπιδείξων. Correxit Heath. et Markl. ad Suppl. 321. Iph. A. 719.

V. (861.) 851. ἀλλ' ὃν στυγεῖς Αἴγισθον pro ἀλλ' Αἰγίσθου, ὃν στυγεῖς. Vid. Schaefer. ad notam Porsoni Or. 1645. Gramm. gr. §. 474. c.

V. (866.) 856. Ed. pr. rell. στεφανοφορίαν. Correxit Musgr. Flor. 1. 2. στεφαναφορίαν. Seidl. στεφανηφοριᾶν. Vid. ad v. 857.

V. (867.) 857. κρείσσω τοῖς παρ' Α. ῥ. ed. pr. et Codd. τῆς Canter. rell. Sed hoc τῆς et iambelegum frangit, ut eiiciendum esse videatur, nec tamen ob sensum abesse potest, quum is poscat, *maiorem victoriam, quam quae Olympiae reportatur*. Itaque Seidler. edidit στεφανηφοριᾶν, ut hic ordo esset κρείσσω (ἔργα) τῶν νίκας

στεφανηφορίαν παρ' Ἀλφειοῦ ῥεέθροις. Num igitur dici posse putabat *στεφανηφορίαν παρ' Α. ῥ.* pro *στεφανηφ. τῶν παρ' Α. ῥ.* Mihi articulus nec hic deesse posse videtur. Itaque *hac lupus, hac canis*. Sed ipsa caedes Aegisthi vocari videtur *victoria Olympica*, et respici ad id, quod Orestes Aegistho dixit supra 775 sq. *κρείσσω maiorem* sc. quam quae vulgo reportatur, id est *eximiam*. — Participium nudum *τελέσας* non ferens Canter. v. 656. legendum censebat *νικᾷ*, quod probat Musgrav. Barnes. supplendum dicit *ἔλαβε* vel *εἷλε*, Schaefer. ad Lamb. Bos. p. 608. *ἐστι*. Mihi *προςέρχεται* additurus fuisse videtur poëta, sed quum subito Orestem advenientem videret, sermonem imperfectum reliquisse.

V. (871.) 861. *νύξ* videtur vocari misera Electrae conditio, quam adhuc toleravit, sicut *φῶς*, *φέγγος* est felix rerum status.

V. (872.) 862. *ἀμπτυχαί*, puto, *αἰθερός*, quod additur Ion. 1444. *oculus meus liber est* (respicitur ad *ὄμμ' ἐλεύθερον* i. e. *ἐλευθερίαν*, ut Herc. f. 218.) *et quem ille nunc intuetur, aer et coelum*, e quo spiritum duco.

V. (877.) 867. Ed. pr. Brub. Cant. Barn. Musgrav. *σὺ μὲν νῦν*. Correxit Canter.

V. (879.) 869. Seidl. coni. *χορεύσεται*.

V. (881.) 871. Ed. pr. *τυραννεύσουσιν φ. βασιλῆες*. Correxit Seidler.

V. (882.) 872. Ed. pr. *τούς δ' ἀδίκους*. Delevi *δ'*.

V. (886.) 876. Ed. *βοστρύχων ἀναδήματα*. Seidler. cum Burneio in *Monthl. rev.* 1799. p. 97. *βοστρύχων ἀγάλματα*, quam vocem, bis iam paulo ante lectam v. 865. 867. de coniectura certe inferre non oportebat. Blomfield. ad Aesch. S. c. Th. 740. *βοστρύχων ἀνδήματα*, probante Monk ad Hipp. 81. V. D. in *Classic. journ.* 9. p. 199. *ἀνάδημα δέξαι βοστρύχων κόμης τε σῆς*. P. P. D. apud Kidd. *Misc. tracts* p. 190. *δέξαι κόμης σῆς τόδ' ἀνάδημα βοστρύχων*. Ego facillimum putavi *βοστρύχῳ 'ναδήματα*, quae elisio est, non crasis.

V. (887.) 877. *ἔκπλεθρον* Reisk. et Tyrwhitt. pro *ἐκπλεθρον*.

V. (898.) 888. Ed. pr. ὡς δὲ τῷ σάφ' εἰδ. τάδε προςθῶμεν. Correxit Barnes.

V. (906.) 896. φθόνῳ βάλῃ, tanquam telo me petat.

V. (907.) 897. Uterque Flor. μέμψαιτό σε.

V. (908.) 898. Iidem φιλόψυχος.

V. (916.) 906. τῶν πρόσθε Barn. pro τῶν πρόσθεν.

V. (925.) 915. ἴστω appositum est quasi παρενθετικῶς, ut alibi ἴσθι interponitur. Cogitatur vero τις, quod statim sequitur.

V. (928.) 918. ἐκεῖ, παρὰ τῷ προτέρῳ ἀνδρί. Cf. Phoen. 1418. ubi ἐκεῖσε est πρὸς ἐκεῖνον.

V. (929.) 919. ᾤκεις Musgrav. pro οἰκεῖς.

V. (930.) 920. ᾔδησθα Lobeck. de usu apostr. p. 6. pro ᾔδεισθα. Ad μήτηρ v. sq. supple ᾔδει.

V. (935.) 925. ἤκουες τάδε ὁ τῆς γυναικός i. e. ἐκαλοῦ ὁ τῆς γυναικός. Vid. Gramm. gr. §. 267.

V. (938.) 928. ὅςτις. Vid. Gramm. gr. §. 475.

V. (940.) 930. λέχῃ λόγος ἐστι (εἰσι) τἀνδρὸς μὲν οὐδείς, pro τἀνδρὸς μὲν οὐδένα λόγον εἶναι ποιεῖ, τῶν θηλειῶν δέ.

V. (944.) 934. τὰ δ' οὐδέν, εἰ μὴ -- Ex οὐδέν verbum contrariae significationis supplendum est ad ὁμιλῆσαι, v. c. εἰ μὴ ἱκανὰ ὁμιλῆσαι. de quo genere vid. Elmslei. ad Heracl. 131. et Add. et nos Gramm. gr. §. 634, 2. ed. nov. Similiter Orest. 706. ὦ πλὴν γυναικὸς οὕνεκα στρατηλατεῖν, Τἄλλ' οὐδέν.

V. (946.) 936. Vulgo αἴρει κακά. quod verum esse non potest, quia αἴρειν κακά esse nequit *mala tollere* s. *amovere* (hic quoque ob duplicem vim vocis *tollere* erratum est) sed potius *mala attollere*, *maiora facere*, *augere*. Felicissime Tyrwhitt. αἴρει κάρα, *caput tollit*, id est, *eminet* s. *elucet*: cui non satis accommodatum esse participium παραμένουσα non video, quomodo videri potuerit Seidlero, nec longius petita metaphora, quam τὰ τέκνα Ἄρεος ἐκκρεμάννυται v. 944. Is mavult ἀρκεῖ κακά, *arcet mala*. At quomodo ἡ φύσις (i. e. ἡ εὐγένεια, *animus generosus*) arcere mala dici potest, quum

homines generosi animi mala quidem magno animo tolerare soleant, minime vero ab iis immunes esse?

V. (947. 8.) 937. 8. De confusione diversorum locorum a Sexto Empir. adv. Mathem. XI, 54. et Stobaeo Tit. 92, p. 509. ed. Gesn. 94. p. 381. Grot. vid. Seidler.

V. (952.) 942. Ed. pr. *κάλλει τ' ἀραρών*. Correxit Scaliger. Valck. tamen ad Hipp. 1090. malebat *κάλλει τε χαίρων*.

V. (955.) 945. Ed. pr. *ἐν κοροῖς*. Cant. rell. *ἐν χοροῖς*.

V. (956.) 946. Recte Heath. haec sic explicat *οὐδὲν εἰδὼς ἐκείνων, ὧν* etc. Sed addendum erat, duo hic confusa esse: *οὐδὲν εἰδὼς ἐκείνων ὧν δίκην δώσειν ἔμελλες* (quod ad sensum eodem redit, ac *οὐδὲν εἰδὼς, ὅτι δίκην τούτων δώσειν ἔμελλες*)· *ὧν νῦν δίκην δέδωκας*. Post *δέδωκας* punctum ponendum esse certum esse dicit Seidler.

V. (963.) 953. *ἔσω* Brub. pro *εἴσω*.

V. (964.) 954. *σκότῳ τε δοῦναι* Reisk. pro *σκότῳ γε δοῦναι*.

V. (965.) 955. Ed. pr. *μ' εἰςίδῃ*. Barn. *μὴ 'ςίδῃ* i. e. *μὴ ἐςίδῃ*. Schaefer. *μὴ εἰςίδῃ*, ut eadem haec crasis sit, quae in *μὴ εἰδέναι*. Similiter Blomfield. in Aesch. S. c. Th. 193. dedit *μὴ εἰς πρώραν φυγών* pro *μ' ἐς* vel *μ' ᾐσ'* vel *μ' εἰς*. Rarior tamen haec crasis, et vere monet Seidler. eam vix reperiri nisi in *μὴ εἰδέναι, ἢ εἰδέναι, χρὴ εἰδέναι*.

V. (967.) 957. Brub. rell. *ὁρῶ*. Seidler. *ὁρᾷς*.

V. (970.) 960. *ὄχοις γε* Schaef. et Seidler. pro *ὄχοις τε*. Cf. Lenting. p. 79.

V. (979.) 969. *μητροκτόνος φεύξομαι*, *caedis maternae accusabor*.

V. (980.) 970. *καὶ μή γ' ἀμ.* Reisk. pro *καὶ μήν γ' ἀμ.*

V. (981.) 971. *μητρί* MS. *α.* pro *μητρός*.

V. (982.) 972. Edd. *τῷ δαὶ πατρῴαν διαμεθίης τιμωρίαν*. Barn. *διαμεθῇς*, soloece. Correxit Porsonus ad

Phoen. 1638. signo interrogandi deleto, quod servavi, τῷ accipiens pro τίνι. Sed poterat et fortasse debebat etiam δαὶ servari, ut recte monet Seidler.

V. (985.) 975. τάδε Flor. 1. 2. pro τόδε.

V. (986.) 976. Elmsleius ad Med. 1120. οὐ μὴ κακισθεὶς εἰς ἀνανδρίαν πεσεῖ;

V. (987.) 977. Legebatur ἀλλ' ἤ. Vid. ad Phoen. 1704. Flor. 1. 2. ἀλλ' εἰς τὸν αὐτὸν - - -

V. (989.) 979. MS. β. προβάματος.

V. (992.) 982. ἰὼ praeponunt edd. deest in Flor. 1. deletum in Flor. 2. uncinis inclusit Seidler. Sed vid. ad Med. 96.

V. (997.) 987. σωτῆρες coni. iam Wesseling. Obss. var. II, 17. Sed recte σωτῆρας defendunt et Lenting. p. 115. et Seidler ad h. l. Cf. Brunck. ad Aesch. S. c. Th. 226.

V. (1003.) 993. Flor 1. 2. τοῦ λόγου.

(V. (1006.) 996. Flor. 1. ἀπώλεσεν, 2. ἀπώλεσα.

V. (1011.) 1001. Flor. 1. δέξαι pro δοῦλαι. Cf. ad (638.) 628.

V. (1012.) 1002. Ed. pr. τί δ' αἰχμαλ - - δόμων; Heath, eumque secutus Seidler. τί δ'; αἰχμ. — δόμων. τί δέ vertens *quidni vero*, pro τί δ' οὐ.

V. (1013.) 1003. ἠρημένων δωμάτων non est *ademtis aedibus*, ut Reisk. sed *captis*. Utrumque autem dicitur, αἱρεῖν πόλιν et αἱρεῖν αἰχμάλωτον.

V. (1015.) 1005. Flor. 1. 2. βουλεύεται.

V. (1018.) 1008. Hic solus Euripidis in trimetris locus est, in quo syllaba brevis ante γλ non producitur. Itaque non immerito Porson. ad Hec. 298. eum suspectum habet. Elmslei. ad Med. 288. legendum coni. καίτοι δόξ' ὅταν λάβῃ κακή, Γλώσσῃ γυναικὸς (vel γυναικῶν) πικρότης ἔνεστί τις. At sensus non hic esse videtur: in mulieris, quae mala fama laborat, oratione inest acerbitas, sed: in oratione aliorum, quae illam mulierem carpunt, sermonibus. Seidler. vertit: *orationi eius invisi quid inest*, i. e. eius orationem inviti audiunt, neque aequa lance pendunt; quod quomodo in his ver-

bis inesse possit, non assequor. Ab Aeschylo et Sophocle hoc nonnunquam fieri, nec Porson. ignorabat. In Sophoclis autem Trach. 615. scriptura σφραγῖδι θέμενος τῆδ' ἐπ' ὄμμα γνώσεται Brunckii temeritati debetur.

V. (1020.) 1010. Legebatur: μαθόντα σ', ἣν μὲν ἀξίως μισεῖν ἔχεις. (ἔχῃς Flor. 1. 2.) Correxit Seidler. probante Elmsleio ad Med. 823. not. t.

V. (1022.) 1012. Ed. pr. rell. praeter Musgrav. ἡμᾶς δέδωκε. Correxit Dawes. Misc. crit. p. 337. Florr. a Musgraviana, in qua est δ' ἔδωκε, non dissentire videntur.

V. (1023.) 1013. Legebatur οὐδ' ἃ 'γεινάμην ἐγώ, contra metrum: nam ἃ cum augmento crasin facit. Correxerunt Reisk. et Dawes. l. c.

V. (1026.) 1016. πυρᾶς ex emend. Tyrwhitt. pro πύλας.

V. (1027.) 1017. Brub. Ἰφιγένης, quam pro vera scriptura habet Valckenaer. ad Callim. eleg. p. 79. citans Hemsterhus. ad Hesych. T. I. p. 1418, 18. et ad Callim. fr. p. 489. δείκελον Ἰφιγένης e Parthenio citat Etym. M. p. 260, 30. laudatus ab Hemsterh. Seidler. comparat formas ἠριγένεια et Ἠριγόνη, quamquam nec ἠὼς vocatur ἠριγόνη, nec Ἠριγόνη unquam Ἠριγένεια.

V. (1030.) 1020. Ed. pr. rell. et MSS. σύγγνωστά νιν. Correxit Scaliger.

V. (1031.) 1021. Ed. pr. οὕνεχ' Ἑλένης μ. Correxerunt Heath. et Tyrwh. Sq. v. ed. pr. Brub. προδότην. Sed iam Canter. προδότιν, et sic Florr.

V. (1034.) 1024. Ed. pr. ἐπὶ τοῖςδε τὸ νῦν. Correxit Canter. ut est in Florr. τοίνυν.

V. (1037.) Ed. pr. Florr. 1. 2. ἐπειςέφρηκε. Correxit Dawes. Misc. cr. p. 338. cui etiam δύο pro δύω, et κατεῖχ' ὁμοῦ pro κατείχομεν debetur. Parum temporum rationem perspectam habuisse videtur Lenting. qui ἐπειςέφρηκε defendit p. 115 sq.

V. (1038.) 1028. Ed. pr. ἐν τοῖς αὐτοῖσι. Correxit Canter.

V. (1046.) 1036. μ' pro κτανεῖν addunt MSS. α. γ. Florr. 1. 2.

V. (1049.) 1039. Puto *κτείναντα*.

V. (1056.) 1046. *χρῆν*. Imo *χρή*. est enim sententia generalis.

V. (1058.) 1048. Ed. pr. Herv. *ἥκει*. Brub. et rell. *ἥκεις*. Mirum vero Brubachianae tantum tribuisse editores, ut, quae in ea reperissent, iis praeferrent, quae Victoriana suppeditabat: nulla enim illarum editionum, nec Brubach. nec Hervagianae, e codd. ducta est, sed quae in iis leguntur ab Aldina discrepantia, ea vel errori typothetarum debentur, vel coniecturae eorum, qui editionibus praefuerunt. *ἥκει* vero nihil habet, quod offendat: refertur enim ad *τάδε*. *Si tibi haec non videntur, si mihi in eo non assentiris, ea nec in meae orationis censum veniunt,* nec ego ea commemoro, sed silentio praetermitto. Punctum post *λόγων*, quod est in Brub. Herv. Cant. tunc demum poni posse dicit Seidler. si ante *μέμνησο* sumas lacunam. Quidni ita accipias: *μέμνησο τῶν λόγων, οὓς ὑστάτους μοι ἔλεξας? μέμνησο διδοῦσα* iungi non possunt, quum ita esse deberet *μέμνησο δοῦσα*.

V. (1066.) 1056. *φέρειν* coni. Porson. adv. p. 273.

V. (1067.) 1057. *δύω* Brub.

V. (1069.) 1059. *ἀπώχετο* Pierson. Veris. p. 247. pro *ἀπώλετο*.

V. (1072.) 1062. Porson. l. c. *ἴσασί σ' εὖ*.

V. (1076.) 1066. *ἥτις ἐκ δόμων ἐς κάλλος ἀσκεῖ*. Brevitas duram orationem efficit, quam negligentiam vocant ii, qui veteres scriptores in oratione facienda negligentissimos (vid. Seidler. ad v. 405. 838.), in versibus pangendis diligentissimos fuisse censent. Est autem pro *ἀσκεῖ, ἑαυτήν* vel *τὸ σῶμα, ἐς κάλλος*, ad pulchritudinem sibi conciliandam, quam e *domo* proferat et foris ostentet.

V. (1078.) 1068. Porson. l. c. *θυραίοις*, ubi editores *θύραιον* legendum monent. Elmslei. ad Oed. C. 401. *θύρασι*, quod adverbium ibidem illustrat.

V. (1080.) 1070. Flor. 1. 2. *μόνη*.

V. (1081.) 1071. *εἰ μὲν πατρῷ' ἦν εὐτυχῇ*. Canter. *εἰ μὲν τὰ Τρῷ' ἦν εὐτυχῇ*. si litterarum ductus spectes, bene.

Sed τὰ Τρῷα pro τὰ Τρωικά vix alibi legitur, et propter sq. εἴη optativus requiri videtur. Itaque nunc cum Elmsleio ad Med. 1185. not. p. probo Musgravii coniecturam εἰ μὲν τὰ Τρώων εὐτυχοῖ.

V. (1089.) 1079. Ed. pr. εἰς ὄψιν. Contraxit Scalig.

V. (1092.) 1082. Ed. pr. πῶς οὖν, πόσιν κτείνασ', οὐ πατρ. δ. in quibus οὖν alienum est. Correxit Canter.

V. (1097.) 1087. Flor. 1. 2. ἀδελφοῦ pro ἀδελφῆς.

V. (1101.) 1091. ἢ 'ὐγένειαν scribit Elmslei. ad Arist. Ach. 619. ut sit crasis.

V. (1102.) 1092. πονηρά Flor. 1. 2.

V. (1107.) 1097. ἔστιν δὲ καὶ τόδ'· οἱ μὲν εἰσίν. pro ἔστιν δὲ καὶ τόδε, τὸ τοὺς μὲν ἀρσ. εἶναι etc. Nam saepenumero demonstrativum nova ῥήσει explicatur. Vid. Gramm. gr. min. §. 616. εἰσὶν ἀρσένων, ut Aesch. Eumen. 734. κάρτα δ' εἰμὶ τοῦ πατρός, ubi vid. Abresch.

V. (1121.) 1111. Blomfield. ad Pers. 266. legendum censet καὶ σύ γ' αὐθ. Vid. Herm. ad Vig. p. 847.

V. (1124.) 1114. Iacobs ad Athen. p. 61. corr. εἰ γὰρ τοῖς ἐμοῖς ναίοι δόμοις, „quod, ut res postulat, ambigue dictum.“ Sed qui optat, quod iam per se fit, ut Aegisthus in Electrae domo habitaret, is non tam ambigue loquitur, quam suspicionem consilii alicuius clandestini excitat.

V. (1125.) 1115. ὁρᾷς cum ἂν iungi non posse assentior Reisig. de part. ἂν p. 122. Nam quod Seidler. commemorat οὐκ οἶδ' ἂν diversum est, et quae ipse attuli Gramm. gr. p. 882. §. 598. c. alius sunt generis. Musgrav. e coniectura edidit, ὁρᾷς, ἃ νῦν σὺ ζ. melius Lenting. p. 117. ὁρᾷς ἅ γ' αὖ σὺ ζ.

V. (1129.) 1119. ὑπέρ μοι ed. princ. ὑπέρ μου Brub. rell. quod etiam esse videtur in Florr.

V. (1130.) 1120. Ed. pr. δεκάτῃ σελήνῃ. Brub. δεκάτῃ σελήνῃ. Musgrav. coni. δεκάτην σελήνην. Sed praestat cum Seidlero scribere δεκάτῃ σελήνῃ παιδὸς ὡς νομίζεται.

V. (1133.) 1123. αὐτὴ 'λόχευον Heath. pro αὐτὴ λόχευον.

V. (1134.) 1124. ἀγείτων οἶκος vulgo. ἀγείτον' οἶκον

MSS. β. γ. unde Musgrav. coni. οὕτως ἀγεῖτον οἶκον ἵδρυσαι φ. quod recepit Seidler. posse tamen monens etiam tertiam personam ferri, si haec Clyt. secum ipsa mirari fingatur. Ita non signum interrogandi, sed punctum vel nota admirationis ponenda erat post φίλων. ἵδρυσαι tamen aptius ob El. responsum.

V. (1146.) 1136. Brub. ἐνεῖρκται. MS. α. ἀνῆκται, sed ἀνῆρκται in marg.

V. (1150.) 1140. σὺ δὲ γ' ἐμοί tacite Barnes. pro σὺ δ' ἐμοί.

V. (1152.) 1142. ἐν ante λουτροῖς addidit Seidler.

V. (1154.) 1144. Ante Seidler. legebatur ἰάχησε.

V. (1155.) 1145. ἐγέποντος iam Brub.

V. (1156.) 1146. Seidler. ed. ὦ σχέτλια, ut σχέτλια φονεύσεις iungerentur. At quidni ἰα per synizesin unam syllabam faciant, ut eidem Seidlero visum est de verss. dochm. p. 106. Vid. ad Phoen. 1637. Hipp. 581. 755. Quod vero idem ad hunc locum dicit, verborum etiam collocatione emendationem suam quodammodo commendari, mihi contra ipsa collocatio verborum iungi ὦ σχετλία γύναι iubere videtur. Pro φονεύεις Flor. 1. 2. φονεύσεις.

V. (1157.) 1147. δεκέταισιν ed. pr. Correxit Scalig. et sic Florr. ἐν ante σποραῖσιν delevi auctoritate Flor. 1. 2. Ita non opus est de lacuna cogitare v. 1155.

V. (1159.) 1149. δέ om. Flor. 1. Idem cum 2 δίκαν.

V. (1160.) 1150. λέχους, μέλεον ἅ ποσιν recte Seidler. pro λέχους μελέαν· ἅ πόσιν.

V. (1161.) 1151. ἐς Flor. 1. 2.

V. (1163.) 1153. Ed. pr. ἔκανεν. Omnes Musgrav. MSS. 'κὰν' Flor. 1. 2. κάν'. Seidler. κατέκαν'.

V. (1166.) 1156. ἔσχεν, ut ed. Seidler. Florr. 1. 2. pro ἔσχε.

V. (1173.) 1163. Flor. 1. 2. νέμοι δίκαν τοι θεός.

V. (1181.) 1171 sqq. Quum his versibus usque ad (1192.) 1182. contineri stropham α. cui responderet antistropha v. (1193.) 1183. — (1206.) 1196. sibi persuasisset Seidlerus, ab eo, quod probatum non erat,

progressus, non solum plura mutavit ut *βροτῶν πανδερκέτα, ἴδετ᾽ ἴδετε* v. 1182. sed etiam post v. (1185.) 1175. lacunam esse censuit, *quod indicare antistropham.* Idcirco certam lacunam vocat ad v. 1161. quae eo minus mihi certa videtur, quod ad sententiam nihil deest. De stropha et antistropha idem sentit Elmsleius ad Med. 1218. sed paulo modestior, nisi quod in. *Ἰὼ γᾶ τε καὶ πάνδερκέτα* legendum censet, solem potius quam Iovem *πανδερκέταν βροτῶν* appellari existimans. An vero cum deos omnes tum Iovem *τὰ τῶν ἀνθρώπων σκοπεῖν, ἰδεῖν* dici non meminerat? Vid. Miscell. philol. Vol. II, 1. p. 9. Ille vero stropham et antistropham ita descripsit:

str. *Ἰὼ Γᾶ τε καὶ πανδερκέτα*
βροτῶν, ἴδετε τάδ᾽ ἔργα φόνι-
α μυσαρὰ, δίγονα σώματ᾽ ἐν
χθονὶ κείμενα πλαγᾷ
χερὸς ὑπ᾽ ἐμᾶς, ἄποιν᾽ ἐμῶν πημάτων.

antistr. *Ἰὼ Φοῖβ᾽, ἀνύμνησας δίκαν,*
ἄφαντα φανερὰ δ᾽ ἐξέπρα-
ξας ἄχεα, φόνια δ᾽ ὤπασας
λέχε᾽ ἀπὸ γᾶς Ἑλλανίδος.
τίνα δ᾽ ἑτέραν μόλω πόλιν; τίς ξένος.

Post hunc antistrophae versum subito deficit responsio Versus 2. 3. 4. sunt iambici dimetri; tertius corruptus est.

V. (1185.) 1175. *ὑπ᾽* uncis inclusi, quia, eo deleto, futurus erat dochmiacus dimeter.

V. (1186.) 1176. *δακρύτ᾽ ἄγαν* ed. pr. et Codd. nisi quod Florr. *γ᾽* inserunt post *ἄγαν*. Brub. *δακρύ τὰν ἄγαν* (sic) Canter. *δακρύτ᾽ ἄγαν.*

V. (1187.) 1177. *ματρί* Seidler. pro *μητρί.*

V. (1189.) 1179. Haec Oresti tribuenda esse monet antistropha. *Seidl.* Legebatur *ἰὼ τύχας σᾶς, τύχας.* MSS. omnes Musgr. *τύχας τᾶς σᾶς τύχας.* Flor. 1. 2. *τύχας τὰς σὰς τύχας.* Tum Seidler. *ἰὼ τεκοῦσα μᾶτερ.* Mihi iungenda videntur *μᾶτερ τεκοῦσ᾽ ἄλαστα* sc. *κακά,* quibus liberos designat.

V. (1190.) 1180. *μέλεά* Seidl. pro *μελέα.* Tum Seidler. *πέρα παθοῦσά γε.*

V. (1193.) 1183. ὦ Φοῖβ' Flor. 1. 2. quod recepi pro ἰὼ Φοῖβ'. Nollem factum. Post Φοῖβ' denuo lacuna esse videtur Seidlero duarum syllabarum, quam tamen quomodo expleat, ambigit, ἰὼ Φοῖβ', ὦ Φοῖβ', an ἰὼ Φοῖβ' ἄναξ. Nam quod de verss. dochm. p. 372. coniecerat, ἰὼ ἰὼ μοι Φοῖβ' vel ἰώ μοί μοι Φοῖβ', id iam minus placet.

V. (1194.) 1184. ἄφαντα Elmsl.

V. (1195.) 1185. φόνια Seidl. pro φοίνια.

V. (1196.) 1186. Edd. ἀπὸ γᾶς τᾶς Ἑλλαν. Articulum, quem deletum voluit Seidler. omittunt Flor. 1. 2.

V. (1197.) 1187. τίς δὲ ξένος pro τίς ξένος e Florr. 1. 2. recepi. Nollem factum.

V. (1200.) 1190. ἰὼ ἰώ μοι Flor. 1. 2. ut iam edidit Seidler. Tum χορόν Musgr. e MSS. β γ, quibus accedunt duo Florr.

V. (1205.) 1195. Ed. pr. τότ' οὐ φρονοῦσα. Musgrav. e MSS. β γ addidit γ' εὖ. Sic etiam Florr. 1. 2. et Barnes. e coniectura.

V. (1207.) 1197. οὐ θέλοντα Seidl. pro οὐκ ἐθέλοντα.

V. (1208.) 1198. Pro ἑῶν Porson. adv. p. 273. coni. ἄνω, Elmslei. ad Med. 1229. not. x. ἐμῶν πέπλων ἔλαβετ' pro ἑῶν π. ἔβαλεν. Certe ἑῶν languet. Tum φοναῖσιν Seidl. pro φοναῖς.

V. (1210.) 1200. Ed. pr. ἰώ μοί μοι. Seidler. ἰώ μοι, Florr. ἰώ ἰώ μοι.

V. (1211.) 1201. τακόμαν δ' ἐγώ Seidler. pro τὰν κόμαν δ' ἐγώ. Cf. Hermann. praef. Bacch. p. XXXVII sq.

V. (1215.) 1205. Flor. 1. 2. πρὸς γένυν γ' ἐμάν.

V. (1216.) 1206. χέρας edd. χεῖρας Seidler.

V. (1217.) 1207. Ed. pr. παρηΐδων τ' ἐξ ἐμᾶν. Seidler. παρῄδων τ' ἐξ ἐμᾶν. Flor. 1. 2. παρηΐδων τέ γ' ἐξ ἐμάν.

V. (1218.) 1208. Ed. pr. ἐκριμνᾶθ'. Correxit Barn. De seqq. vid. Lambini epist. ad Muret. Opp. Muret. T. I. p. 400. ed. Ruhnk.

V. (1222.) 1212. Seidler. ἐμαῖς. Pro κόραις Flor. 1. 2. κόμαις.

V. (1225.) 1215. Ed. pr. ἐγὼ δ' ἐπεκέλευσα. MS. γ. ἔγωγε δ' ἐπεκέλευσα, quod recepit Seidler. Sed pugnare inter se videntur ἔγωγε et δέ. Porson. ad Orest. 1233. ἐγὼ δέ γ' ἐπεκέλευσα, quod ipsum habent Flor. 1. 2.

V. (1226.) 1216. ἐφηψάμαν Seidl. pro ἐφηψάμην.

V. (1227.) 1217. Flor. 1. 2. ὦ δεινότ. π. ἔρ. Seidler. Electrae continuat, tres sequentes Oresti tribuit.

V. (1229.) 1219. καὶ καθάρμ. σφ. Seidler.

V. (1231.) 1221. Ed. pr. φίλαι bis. quod Seidler. recte mutavit in φίλαν.

V. (1232.) 1222. Ed. pr. φάρεά γ' ἀμφιβάλλομεν. Flor. 1. 2. Vict. φάρεα δέ γ' ἀμφ. ex quo Seidler fecit φάρεα δέ γ' ἀμφ.

V. (1134.) 1224. τε ante δόμοισιν inserunt Flor. 1. 2.

V. (1239.) 1229. δέ σε ed. pr. δέ σοι P. Steph. Commel. Barn. Musgr.

V. (1242.) 1232. ναυσὶν est a Barnes. pro ναός, satis levibus de causis. Recte ναός defendit Seidler.

V. (1243.) 1233. Flor. 1. 2. ὡς εἴδομεν.

V. (1245.) 1235. Ed. pr. μὲν νῦν. Barnes. μέν νυν, quod non satis convenire nunc intelligo. Post δρᾷς ante Seidler. erat punctum.

V. (1246.) 1236. Φοῖβος δέ Brub. quod in nulla recentiorum edd. vidi. Mirum est Seidleri commentum, punctum ponentis post τε, mira etiam Hermanni explicatio, *Phoebus esto Phoebus*, i. e. *Phoebum mitto, de Phoebo nolo loqui.* Recte vero Censor Ienensis in animo habuisse poëtam dicit οὐκ ἔχρησέ σοι σοφά.

V. (1248.) 1238. αἰνεῖν ταῦτα, *in his acquiescere.* Vid. Monk. ad Alc. 2.

V. (1258.) 1248. Elmslei. ad Iphig. T. 96. Legendum, inquit, aut σοῦ κρατός aut σῷ κάρᾳ, ne scilicet σου encliticum ictum habeat in sede pari.

V. (1262.) 1252. μῆνιν. Singularis est accusativi usus. Appositionem esse ad ἔκτανε pertinentem apparet; sed τὸ κτείνειν quomodo μῆνις appellari potest, etiamsi

dicas appositione nonnumquam significari quod aliqua re effectum sit (vid. Gramm. gr. §. 433. not. 2. ad Hel. 172.): ira enim non caede, sed contra caedes ira effecta est. Hermann. ad Viger. p. 883. μῆνιν pro μήνιμα dictum censet, quae vox id, quod per iram efficitur, significet. Imo vel iram ipsam vel id quod iram concitat.

V. (1264.) 1254. ἔκ γε τοῦ θεοῖς. Sic Schaefer. pro ἔκ τε τοῦ θεοῖς. Brub. ἔκ τε τοῦ θεοῦ.

V. (1266.) 1256. Porson. adv. p. 273. ἐκσώσουσι. Ut de re praeterita, sic de futura praesens non raro usurpatur. vid. Elmslei. ad Med. 888. et sic Ion. 965. ὡς τὸν θεὸν σώζοντα pro σώσοντα.

V. (1268.) 1258. Flor. 1. 2. εἰς τ' αὐτόν.

V. (1272.) 1262. Flor. 1. 2. φάσμα pro χάσμα.

V. (1273.) 1263. De duobus adiectivis uni substantivo iunctis non laboro. Sed χρηστήριον quomodo εὐσεβές vocari potest? non magis, puto, quam ναὸς εὐσεβής. Valde placet Reiskii ἀστιβές.

V. (1279.) 1269. παρών, *qui venit*. Itaque παρὼν Ναυπλίαν eodem modo dicitur, quo ἀφικόμενος Ναυπλίαν.

V. (1286.) 1276. Ἀχαιΐδος libri. Vid. ad Hec. p. 284. Lobeck. ad Phryn. p. 39. et, quem citat Schaefer. ad Porsoni in Hec. 291. notam, Osann Inscr. III. p. 110 sq. Omissum autem est ἐκ, ut Androm. 1037. Ἀγαμέμνονός νιν παῖς βέβηκ' ἄγων χθονός. Cf. ad Ion. 462. Herc. f. 349.

V. (1290.) 1280. πρὸς οἶκον. An πρὸς ὄχθον?

V. (1295.) 1285. Durum est τοῖσδε σφαγίοις a μυσαροῖς regi, ut sit μυσαροί ἐστε σφαγίοις, non τάδε σφάγια μυσαρά ἐστι. Igitur non male Lenting. p. 117. οὐ μυσαροί sc. ἐστε, quod etiam coniecit aliquis in edit. Barnesio-Beckianae T. III. Sed verius puto οὐ μυσαρούς. Quum enim dici posset et θέμις ἐμοὶ πελάθειν, et θέμις, ἡμᾶς πελάθειν, utramque structuram coniunxit. Sed μυσαρούς et ob praecedens ἡμῖν, et ob soni similitudinem in adiectis τοῖσδε σφαγίοις, et ob tenue discrimen, quod intercedit inter οις et ους, in μυσαρούς mu-

tatum est. De constructione vid. Elmslei. ad Med. 727. 1207. Porson. ad Arist. Plut. 286.

V. (1296.) 1286. Electrae tribuunt Flor. 1. 2.

V. (1300.) 1290. Ed. pr. Brub. Herv. τῆς καταφθιμένης. Hinc in Barnes. rell. factum καί καταφθ. siglis τῆς et καὶ permutatis. Elmslei. in Class. journ. n. 17. p. 59. (cf. Blomfield. ad S. c. Th. 740.) scribendum censet τῆς καφθιμένης. (καπφθιμένης.) Cf. nos ad Suppl. 986. Erfurdt. ad Soph. Ai. 1066. p. 620. not. κάτα φθιμ. quod cum Seidlero recepi: sed haec coniectura ex errore illo καὶ κατ. pro τῆς κατ. orta est, et languet εἶτα.

V. (1301.) 1291. ἠρκεσάτην Elmslei. l. c. et ad Med. 1067. Vid. nos ib. 1062.

V. (1302.) 1292. Recepi emendationem Seidleri pro μοίρας ἀνάγκης ἡγεῖτο χρέων.

V. (1302.) 1294. Ed. pr. τί δαί μ' Ἀπ. Metri gratia Musgr. τί δέ μ' Ἀπ. debuit τίς δ' ἔμ' Ἀπ. ut edidit Seidler. V. sq. μητρί pro μητέρι scripsit Musgr.

V. (1312.) 1302. αὐτῇ Barnes. pro αὐτός. Inutiliter autem Lenting. p. 117 sqq. vss. 1312. 13. 14. Choro, 1315. 16. Electrae, 1317 sqq. Oresti tribuendos censet.

V. (1316.) 1306. Vulgo ἐκλιπεῖν. Emendavit Heath. Pro πατρῴας Schaef. et Blomfield. ad Aesch. Pers. 929. πατρίας. Vid. ad Hec. 78. Herm. ad Elmslei. Med. p. 362. ed. Lips. ad Bacch. 1362.

V. (1318.) 1308. Lenting. ἐπ' ἀλλοτρίας. male. vid. v. (1260.) 1250. φόνον ὑφέξω pro φόνου δίκην ὑφέξω.

V. (1320.) 1310. Monk. ad Hipp. 1362. coni. Παλλάδος ἥξεις ὁσίαν, ut edidit Seidler. quia rarissime in systemate legitimo anapaestum dactylo subiungant Tragici, vel, ut Seidl. dicit ob procleusmaticum -λαδος ὁσι- Vid. Gaisford. ad Hephaest. p. 279. qui hunc ipsum locum sine suspicione citat. Cf. Elmslei. ad Med. 1380. Sed non minus raro posteriorem dipodiae anapaesticae sedem occupat dactylus, nisi post dactylum in priori sede, ut Elmslei. monuit ad Med. 1051. qui in Mus. crit. Vol. II. p. 43. not. legendum coniecerat, θάρσει. ζαθέαν Παλλάδος ἥξεις.

V. (1324.) 1314. πατρίων Blomfield. ad Pers. 929.

V. (1328.) 1318. cum tribus insequentibus in Flor. 1. 2. dantur Electrae.

V. (1330.) 1320. τ᾽ om. Flor. 1.

V. (1347.) Ed. pr. σώσ. ναῶν πρ. ἐναύλοις. Hugo Grotius νεῶν-ἐνάλους, νεῶν etiam Barnes. MS. β. σῶσον τέκνων. MS. γ. σῶσον τεν κῶν, Florr. 1. 2. νηῶν. Iidem ἐνάλους. Certe nihil diversitatis ex iis ad ed. Musgrav. in qua est ἐνάλους, enotavit de Furia.

V. (1350.) 1340. Reisig. obs. crit. in Soph. Oed. C. p. 302. articulo semel posito offensus, scribi vult: ὅςτις δ᾽ ὅσιος, καὶ τὸ δίκαιον φίλον ἐν βιότῳ, τούτους χαλ. eleganter. De articulo semel posito vid. Erfurdt. ad Soph. Ai. 640. Seidler. supra ad 429. Sed locum ubi neutrum adiect. pro substantivo articulo careat, sequente articulo, nec ego habeo.

V. (1353.) 1349. Scribe μηδείς cum Schaefero et Seidl.

V. (1358.) 1348. Flor. 1. 2. πράσσειν.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

AD RHESUM.

P. 5. v. 14. adde: Itaque nec hoc plane abiiciendum videtur, quod scholia ad v. 529. huius fabulae adscripta, citata ab Elmsleio ad Soph. Oed. Col. p. 302. not. memorant: *Κράτης ἀγνοεῖν φησὶ τὸν Εὐριπίδην τὴν περὶ τὰ μετέωρα θεωρίαν, διὰ τὸ νέον ἔτι εἶναι, ὅτε τὸν Ῥῆσον ἐδίδασκε.*

— — v. 20. post: *confusa sint* adde: ut Il. χ', 244.

— 31. v. 14. post: *pro ἰδεῖν* adde: ut Herc. f. 1168.

— 38. v. 9. post: *in Suid. I. p.* 251. adde: Lenting. p. 109. coni. *ἐξεῦρ' ἄν.*

AD TROADES.

— 46. v. 12. pro *πολῶν* scr. *πυλῶν.*

— 48. v. 15. scribas: *θεοὺς ἀσεβεῖσθαι*, et Platone p. 982. A. *ἀσεβησάντων ἀγγελίας*, coniicias *εὐσεβεῖν τινά* et *εἰς τινά* dictum esse ut *ὑβρίζειν τινά* et *εἰς τινά.*

— 58. v. 13. Pro 255. scribe: 245. et post: *τιν' ἤ.* adde: Elmslei. ad Oed. C. p. 215. not. coni. *τίνα δ' ἢ Θεσσ.*

— 66. v. 13. post: *ἀλλὰ τάδ' ἐάσω.* adde: Musgrav. *ἀλλ' αὔτ' ἐάσω.*

— 71. v. 21. pro *Lactare* scribe *Laetare.*

— 82. v. 9. pro *falsus* scribe fassus.

— 83. v. 8. a fin. adde: Elmslei. ad Soph. Oed. C. 177. defendit *σώσῃ. οὐ μὴ σώσῃ* enim esse *οὐ σώσει, οὐ μὴ σώσει* autem *μὴ σωζέτω.* Mihi nondum liquet.

P. 97. v. 13. post: ubi vid. Monck. adde: Cf. ad Iphig. A. 1108.

— 103. v. 24. adde: Itaque rectius interpungi videtur cum Heathio et Musgravio post δύστηνε, ut κρατός cum βόστρυχον iungatur.

AD CYCLOPEM.

— 124. post v. 4. a fine adde:
V. 443. Lenting. Act. Trai. p. 109. κλύοιμ' ἄν.

AD BACCHAS.

— 165. v. 21. pro: exhibentur, scribe: adhibentur.

— 184. v. 7. a fin. scribas: servari.

— 185. v. 9. a fin. post revocavit, adde: Causam ipse attulit ad Oed. Col. 177. Vid. Add. ad p. 83. v. 8.

— 194. v. ult. leg. Dobraeus.

— 195. v. 5. leg. τὶ μην. *an novi.*

— 200. v. 10. leg. persuasum.

AD HERACLIDAS.

— 215. v. 9. lege: ἀνειμένον v. 10. pro: lectionibus, lege: locutionibus.

— 231. v. 8 — 12. Diversa esse οὐ μὴ ψεύσῃ et οὐ μὴ ψεύσει Elmslei. docere conatur ad Soph. Oed. C. 177. Vid. Add. ad p. 83. v. 8. p. 185. v. 9.

AD HELENAM.

— 262. v. 5. post: ed. Lips. adde: Similis confusio est Herc. f. 1343.

— 265. v. 9. a fin. scribas: consuetudini.

— — v. 7. a fin. scrib. τά μὲν δι' Ἡ.

— 267. v. 8. a fin. pro ἄν μόνοις scrib. ἂν μόναις.

— 273. v. 3. a fin. post: Herv. 2. Brub. dele: καλῶ.

— 275. v. 22. pro: V. 602. scribe: V. 620.

— 277. v. 1. scribe: rell. unus versus est πρὸς ἄλλην δ' ἐλαύνει θεὸς συμφορὰν τᾶσδε κρείσσω, dipodia etc.

P. 278. v. 1. deleatur.

— 284. v. 7. scribe: *ὃν σὺ μόλις.* *σύ* eiecit.

— 298. v. ult. scribe: Deesse versum e stropha patet; eum.

— 299. v. 5. a fin. scribe: *καρποφόρου τε γᾶς* vel *πεδία τε γᾶς καρπόφορα.*

In IONEM.

— 308. v. 8. post Flor. 2. adde: Vid. T. V. p. 599.

— 314. v. 15. scribe: *κοὖσ' ἄρ', ἥτις.*

— 330. v. 13. a fin. dele comma post: a tempore.

— 335. v. 7. pro *εἶναι*, scribe: *ὄντα.*

— 336. v. 3. pro: lyricum, scribe: lyricorum.

IN HERCULEM.

— 357. v. 14. a fin. pro: iactaret, scribe: iactarat.

— 362. v. 11. scribe: *propugnantes.*

— 363. v. 2. pro: *βλέπειν*, scribe: *βλέπει.*

— 375. v. 20. scribe: intelligendae sunt portae templi.

— 378. v. 10. pro: *σπαεῖιν*, scribe: *ἐπαΐειν.*

— 387. v. 23. post: videtur. adde: Contra *ὡς ὁρᾶν ἐφαίνετο* dictum ut *ὡς ἰδεῖν ἐφαίνετο* Plat. Phaedon. p. 84. C.

— 395. v. 7. post: descripsit pone punctum.

— 399. v. 5. 6. dele verba: At num *Γηρυόνας* ultimam brevem habere potest? Itaque pro *Τυφῶνας* vel aliud excogitandum est — et v. 7. pro: vel Euripides, scribe: Sed fortasse Eurip.

— 402. v. 2. adde: Cf. Helen. 77.

IN ELECTRAM.

— 416. v. 6. a fin. post: *nequaquam sapietis*, adde: Melius Elmslei. ad Soph. Oed. C. 177. hanc constructionem explicavit, *οὐ μὴ* cum futuro esse vetantis, (ut *οὐ μὴ γράψεις* i. e. *μὴ γράφε* aut *μὴ γράψῃς*), cum subiunctivo negantis, ut *οὐ μὴ γράψῃς* i. e. *οὐ γράψεις.* Sic *οὐ μὴ φρονή-*

[illegible] esset *ne sapiatis* i. e. per me licet vobis desipere, quod est cum contemtu dictum, ut Hecub. 325 sqq.

P. 417. ad v. 407. Sophocles tamen dixit Oed. C. 200. *εἰς χέρα φιλίαν ἐμάν.*

— 419. ad v. 445. post: *ponuntur*, adde: Sic *Περσεῖοι οἶκοι* Hel. 1464. *Φοίβειος πύργος* ib. 1511.

— 421. v. 8. lege: *αἰ πατρῷν* pro *αἰ καὶ γῆν.*

Lipsiae sumtibus J. A. G. Weigelii.

BIBLIOTHECA CLASSICA
POETARUM ET SCRIPTORUM PROSAICORUM GRAECORUM.

Textum ad fidem codicum manuscriptorum et optimarum editionum recensuerunt: A. Boeckh, J. F. Boissonade, L. G. Dissen, Fr. Jacobs, A. Matthiae, E. F. Poppo, G. H. Schaefer, C. G. Schuetz, C. G. Siebelis, G. Stallbaum. 8 min.

Bibliothecae huius in suo genere praestantissimae adhuc prodierunt 57 Tomi, qui quum summa diligentia ad fidem librorum tum manu scriptorum tum typis excusorum castigati sint, merito plausu et in Germania et apud exteros excepti sunt. Neque enim redemtorem spes illa fefellit, quam ab initio suscepti negotii conceperat, quandoquidem in omnibus fere litterarum universitatibus et gymnasiis a iuvenibus usurpantur quae adhuc in publicum emissae sunt bibliothecae partes, adeoque haud paucae earum intra breve temporis spatium typis repetendae fuerunt. Quae res ut est laetissima, ita redemtorem nunquam non impellet ad conquirendas et coëmendas opes, quibus philologi clarissimi utantur ad opera immortalia veterum scriptorum emendanda et in pristinam integritatem restituenda. Ne vero interpretatio plane negligatur, collectionem scholiorum nondum editorum instituemus, quam optandum est ut eodem applausu excipiant bonarum litterarum amatores, quo exceperunt partes scriptorum ipsorum adhuc evulgatas. Ceterum ut legentium commodis prospiciatur, paginas exemplarium, ad quae saepenumero ablegari solet, in marginibus apponi curabimus.

Quum non defuerint, qui hanc collectionem litteris stereotypis expressam esse opinarentur, non supervacaneum erit monuisse, illud propterea non potuisse fieri, quod, ubi scriptoribus emendandis perpetuam curam impendere velis, non nisi typos variabiles adhibere licet.

In numero scriptorum prosaicorum etiam Platonis opera habentur octo voluminibus evulganda. Quae quidem prodibunt et partim iam prodierunt ad codd. fidem diligentissime emendata. Cuius rei rationes ut patefaciamus lectoribus, mox emittemus maiorem illorum editionem, quae praeter textum octo voluminibus comprehensum complectetur varias lectiones ex codd. manu scriptis collectas et in ordinem digestas. Quoniam vero huius editionis exemplaria tantum quingenta excudentur, singuli eius tomi non separatim vendentur, id quod alias fieri solet.

Elegantiae studiosis eo consulere placuit, quod editionem omnium scriptorum charta splendida paravimus, duplo maiore pretio vendendam quam quae charta vulgari parata est. Partes autem eius nonnisi eae separatim veneunt, quae in catalogo notatae sunt.

Quum permulti scriptorum Graecorum versiones, quas dicunt, Latinas exoptaverint; S. et J. Luchtmanni, bibliopolae Lugdunenses, collectionis illarum eadem forma, qua nostra Bibliotheca gaudet, instituendae consilium ceperunt eiusque sex partes iam in lucem emiserunt.

Bibliothecae Graecae adhuc editae sunt partes hae:

POETAE.

	Thlr.	Gr.
Tom. I. Aeschyli Tragoediae	—	18
Idem liber charta perg.	1	12
II. Theocritus, Bion et Moschus	—	12
III. Poetae gnomici	—	12
IV. Callimachi hymni et epigrammata	—	6
V. Anacreontica cum aliis Lyricis	—	6
VI. Apollonii Rhodii Argonautica	—	12
VII. Orphica	—	12
VIII. Hesiodi Carmina	—	6
IX. Sophoclis Tragoediae	1	—
Idem liber charta perg.	2	—
X. XI. Aristophanis Comoediae 2 Tomi. (à 1 Thlr.)	2	—

Tom. 1. Plutus. Nubes. Ranae. Aves. Equites.

2. Pax. Lysistrata. Acharn. Vespae. Thesmophor. Eccles.

	Thlr.	Gr.
Tom. XII — XIV. Euripidis Dramata e rec. A. Matthiae cum Argumentis editionis maioris. 3 Tomi. à 16 Gr.	2	—
Tom. 1. Hecuba. Orestes. Phoen. Medea. Hippolytus. Alcest.		
„ 2. Andromache. Supplices. Iphigenia in Aul. Iphig. in Taur. Rhesus. Troad. Cyclops.		
„ 3. Bacchae. Heraclidae. Helena. Ion.		
„ XV. XVI. Homeri Ilias. 2 Tomi. (à 12 Gr.) . .	1	—
Tom. 1. Rhaps. 1 — 12.		
„ 2. Rhaps. 13 — 24.		
„ XVII. XVIII. Homeri Odyssea et carmina minora. 2 Tomi. (à 12 Gr.)	1	—
Tom. 1. Rhaps. 1 — 15.		
„ 2. Rhaps. 16 — 24. et carmina min.		
„ XIX. Coluthus et Tryphiodorus. Acced. Collationes codicum Ital.	—	6

SCRIPTORES PROSAICI.

	Thlr.	Gr.
Tom. I. Aeschinis Oratoris Opera	—	12
„ II. Xenophontis Cyropaedia. Ed. 2da. ad cod. Flor. rec. E. F. Poppo	—	15
Idem liber, cum varietate lectionis . .	1	—
„ III. Xenophontis Oeconomicus. Convivium. Hiero. Agesilaus	—	9
„ IV — VI. Pausaniae Graeciae descriptio. 3 Tomi e nova Siebelisii recens. (Paginis edit. Kuhnianae in marg. notatis)	2	3
Idem liber charta perg.	4	6
(Singuli Tomi 17 Gr.)		
Tom. 1. Attica. Corinth. Lacon.		
„ 2. Messenica. Eliaca. Achaica.		
„ 3. Arcad. Boeot. Phoc.		
„ VII — IX. Herodoti Halic. historiarum libri IX. 3 Tomi. (à 17 Gr.)	2	3
Idem liber charta perg.	4	6
Tom. 1. Clio. Euterpe. Thalia.		
„ 2. Melpom. Terpsich. Erato.		
„ 3. Polyhym. Urania. Calliope cum vita Homeri.		

	Thlr.	Gr.
Tom. X. Xenophontis Expeditio Cyri	—	12
Idem liber Charta perg.	1	—
„ XI. Xenophontis historia graeca (Hellenica)	—	12
„ XII. Xenophontis Memorabilia et apologia Socratis	—	9
„ XIII. Xenophontis Opuscula polit. equestr. et venat	—	8
„ XIV. XV. Thucydides de bello Pelop. L. VIII. 2 Tomi. (à 18 Gr.)	1	12
Tom. 1. Lib. 1—4.		
„ 2. „ 5—8.		
„ XVI—XXIV. Plutarchi vitae parall. E rec. G. H. Schaeferi. (In marg. nott. pagg. edit. Francofurt. formae max.) 9 Tomi. (à 12 Gr.)	4	12
Tom. 1. Theseus. Romul. Lycurg. Numa, Solon. Poplic.		
„ 2. Themistocl. Camill. Pericl. Fab. Max. Alcib. Coriol.		
„ 3. Timol. Aemil. Paul. Pelop. Marcell. Aristid. M. Cato M.		
„ 4. Philopoem. Flamin. Pyrrh. Marius. Lysand. Sylla.		
„ 5. Cimon. Lucullus. Nicias. M. Crass. Sertor. Eumen.		
„ 6. Agesil. Pompej. Alex. M.		
„ 7. Iul. Caes. Phoc. Cato Min. Agis. Cleomen.		
„ 8. Tib. et C. Gracch. Demosth. Cicero. Artax. Demetr. Anton.		
„ 9. Dion. Brutus. Aratus. Galba. Otho.		
„ XXV. Herodiani historia rom.	—	12
„ XXVI—XXXIII. Platonis Opera. Ad fidem codd. Flor. Paris. Vindob. Zittav. al. emendavit G. Stallbaum. In marg. notatae sunt paginae edit. Stephan. ..... (Singuli tomi 18 Gr.)		
Tom. 1. Euthyph. Apol. Socr. Crito. Phaedo. Theag. Amat. Theaet.		
„ 2. Sophista. Euthyd. Protag. Hipp. min. Cratyl.		

	Thlr.	Gr.
Tom. 3. Gorgias. Phileb. Meno.		
„ 4. Alcib. 1. 2. Charmid. Lach. Lysis. Hipparch. Menex. Politic. Minos.		
„ 5. De Republica.		
„ 6. De Legibus et Epinom.		
Tom. XXXIV—XXXVIII. Demosthenis Opera. In marg. notatae sunt paginae edit. Reiskianae. 5 Tomi	3	3
(Singuli tomi 15 Gr.)		
Tom. 1. Olynth. Philipp. I. De Pace. Philipp. II. De Halon. De Cherson. Philipp. III. IV. Oratio adv. epist. Phil. Philippi Epist. De contrib. De Symmor. De Rhod. libert. De Megalopol. De foed. Alex. De Corona.		
„ 2. De falsa legat. Adv. Lept. Contra Mid. Adv. Androt.		
„ 3. Adv. Aristocr. Adv. Dimocr. Adv. Aristogit. I. II. Adv. Aphob. III. Adv. Onetor. II. Orat. in Zenot. In Apatur.		
„ 4. Orat. in Phorm. In Lacrid. Pro Phorm. In Pantaen. In Clausim. In Boet. de nomine. In Boet. de dote. In Spud. In Phaenipp. In Macartat. In Leochar. In Steph. 1. 2. In Everg. In Olympiad. In Timoth.		
„ 5. Oratio in Polycl. Or. pro corona trier. In Callipp. In Nicostr. In Conon. In Callicl. In Dionysod. In Eupuliten. In Theocrin. In Neaer. Orat. funeb. Amator. Prooemia. Epistolae.		
„ XXXIX. Isaei Orat. Opera. In marg. notatae sunt pagg. edit. Reisk. Acc. ej. Oratio de Meneclis hered. prim. ed. T. Tyrwhitt. et ej. Oratio de hered. Cleon. ed. ab A. Maio	—	12
„ XL. Lysiae Orat. Opera. Annotatae sunt pagg. edit. Reisk.	—	12

SCHOLIA.

	Thlr.	Gr.
Tom. I. Procli Scholia in Plat. Cratylum ed. et adj. J. F. Boissonade	—	12

BIBLIOTHECA CLASSICA ROMANA.

Horatius	—	12
„ „ Charta script.	—	16
Virgilius	—	15
„ „ Charta script.	—	20

Lugduni Batavorum, apud S. et J. Luchtmans. Londini, apud J. Bohn. Black Young et Young. Cantabrigiae Americanorum, apud Cummings Hilliard et Soc. Mediolani, apud C. Brizzolara. Florentiis, apud G. Piatti. Romae, apud Mar. de Romanis. Parisiis, apud De Bure Fratres. Edinburgi, apud T. Clark.
